B. N. C
FIRENZE
1004
4

1004. 4

Scanſiones Sulpitii.

1004
4

Sulpitius ad lectorem.

Auctior ecce redit tibi lector amice libellus.
Ex quo diſcebas ſyllaba quanta foret.
Fuluius & ueluti coctum redi ignibus aurum
Sic uenit a ſtudiis cultior iſte meis.
Inuidiæ rabiem. & liuentia tela ueneris
Exiit: & nulla cuſpide læſus adeſt.
Sed tanquam cicnus nullo penetrabilis ſctu
Euolat in gremium pulcher apollo tuum.
Cerne refer geminos proſtrato ex hoſte triumphos.
Binaq; ſuſpendit uictor opima deo.
Quolibet hunc nocuæ fugient relegente uolucres
Sturnus ab aſpectu papilioq; cadet.
Hic boreas italo pellet mala nubila cœlo.
Hic ſol exoriens aſtra minora premet.
Malleus hic frameas: hæc harpæ monſtra domabit
Et maleſana feri cotinet ora canis.
Hunc reliquis genus id præfer ſtudioſe libellis.
Præfer. nec dubia perlege queq; fide.

¶ Io. Sulpitii Verulani de uerſuum ſcanſione. De ſyllabarum quantitate. De heroici carminis decoro & uitiis. De pedibus & diuerſis generibus carminum præcepta. Deq̧ illorum connexionibus obſeruationes ad Cyprianum Omagium lege fœliciter.

Caſtalios latices & amœna uireta ſororum.
Si peragrare cupis iam tibi Pando fores
Me duce mellifluo modulabere carmina cantu.
Et nectes daphnæ mi Cypriane coman

CARMEN hexametrum heroicum duobus legitime conficitur pedibus Dactilo & Spondeo. Dactilus ex tribus ſyllabis conſtat. prima longa & duabus breuibus ut carmina. Spondeus ex duabus ſyllabis longis. ut cantant. His aliqui loci ſunt proprii: aliqui cōmunes. Quintus dactilo. Sextus ſpondeo proprius. Priores uero cōmunes. Ponitur tamen ſpondeus interdum in quinto loco ꝑ dactilio. Perſius. Sic coſtā longo ſubducimus a penino: quod quidem fit temporum ratione. Omnis. n. ſyllaba breuis unius eſt temporis. Longa duorum. Cōmunis unius cum dimidio: quod perficit̃ arbitrio noſtro. Sunt itaq̧ dactilus & ſpōdeus in temporibus pares. Siq̄ alii pedes in eo aliquando carmine reperiantur: aſcribantur licentiæ poetarum Qui eadem ratione anapeſtum & procelumaticum adhibent. Virg. Fluuiorum rex eridanus campoſq̧ per omnes. Idem. Cuſtodes ſufferre ualent labat ariete crebro. Lucretius. Tenue cauati oculi caua tempora frigida pellis. Manilius. Duodechatemordo conſtant biſſenaq̧ cuncta.

Pentametrum elegiacum conſtat ex duobus primis pedibus dactilicis uel ſpondaicis uel alternis & pentimemeri longa ſiue natura ſiue poſitione: quæ iuncta cum ultima eius ſyllaba ſpondeum faciat. Poſtremiſque duobus dactilicis & pentimemeri quantumq̧. Nam ut ait. Quintilianus. Vltima ſyllaba indifferens eſt. Et Cicero in oratore. Poſtrema ſyllaba breuis an longa ſit ne in uerſu quidem refert Hæc illi: tantam enim accipimus: quantam exigit ratio uerſus. Ideoq̧ in fine hexametri nunq̄ trocheum: ſed ſemper ſpondeum eſſe dicimus.

ET igitur carmina ut pedes diuidere facile poſſis non te lateat ꝙ quādo i uel u iunctum in pricipio ſyllabæ alicui uocali uel ſibi ipſi unā efficit ſyllabā eſt cōſonās ut ianus uates iuno uinum uultus maii. I. autem conſonans inter duas uocales poſita uim habet duplicis conſonantis. ut maia troia. Talis etiam remanet in caſibus deductis per diminutionem recti uel genitiui ut cui huic cai & pompei in uocandi caſu præterq̄ in eidē pronominis in quo uocalis eſt ad differentiam ei interiectionis. Iuuenalis. Ire uiam pergant & eidem incumbere ſecte. Lucretius tñ monoſyllabum ꝓtulit libro ſexto. Silicet & fluuius q uiſus maximus ei eſt. Inuenitur & ꝓ ſimplici cōſonāte poſita in cōpoſitis ut in reiicere reiectus & ſimilibus: Priſciano auctore. Nonnunq̄ ambæ hæ conſonantes diſſoluuntur a poetis per dieresim i uocales

Virg. Arma uirumq; tabulæq; & troia gaza per undas. Troia triſyllabum ꝓtulit. Martia. quoq; cai biſyllabum. *Si donare uocas promittere nec dare cai.* Oui. Accipe pompei deductū carmen ab illo. Pompei triſyllabum fecit. Idē. Te quoq; nunc ſaluo perſoluenda mihi. perſoluenda pentaſyllabum eſt. Non nunꝗ ex duabus ſyllabis unam faciunt per *Synereſim*. Virgi. Fixerit æripedē ceruam licet aut erymanthi pro aeripedem Oui. Aureus ille aries uillo ſpectabilis aureo. Manilius. Phœtontem patrio curru per ſigna uolantem. *S*ubtrahitur fere una uocalium in ſcanſione harum dictionum. dii diis in iis ex quæ cum ſuapte natura biſyllaba ſint: monoſyllaba pronunciātur ut apud Virg. Dii deæq; omnes ſtudium quibus arua tueri. *Sic & iidem ut. Sed* tamē iidem olim curru ſuccedere ſueti. Iidem uenturos tollemus in aſtra nepotes. Id quoq; fit in deinde & proinde. Virg. Experiar tu deinde iubeto certet amyntas. Proinde tona eloquio ſolitum tibi neq; timoris. Voces quoq; ſum es eſt a uocali incipientes cum de præpoſitione compoſite partiuntur idem. Lucanus. Non deeſt ꝓlato ieiunus uenditor auro. Dehinc & deinceps cenſuram ſimilem ſubeunt. Iuuenalis. Dehinc clamore pari concurritur & uice teli. Horatius. Redde age quæ deinceps reſiſti uibidius dum. *S*ubtrahitur & i i compoſitis a ſemi ſequente uocali: ut ſemianimis ſemihomo ſemiiuſtus. Ouidius. Frigidior glacie ſemianimiſq; fui: Virgili⁹. *Semihominis caci facies quem dira regebat*. Ouidius. *Se*miuſtamq; facem uigilata nocte uiator. Attriuit e Maro in integrá dictione. *Seu* lentó fuerint aluearia uimine texta. Idem & u Per campos paſcuntur equi quæ gratia currum. Ideoq; aduertendæ ſunt eiuſmodi ſyncopæ. *Sicut* & epentheſes quæ neceſſitatis gratia adhibentur.

V poſt q & g uocali ſequēte euaneſcit. nec habet ullam uim litteræ ut lingua aqua. *S*ic etiam ſæpe poſt s ſequente a uel e: ut ſuauis ſueſco quæ in ſcanſione biſyllaba proferuntur licet uideantur tres uocales habere. Ouid. Quod male perſuades utinam bene cog re poſſes. Leges tamen in thebaide *Statii*. Imo agite & poſitis quas nox inopina ſuaſit. Et apud Horatium. Cum mihi: non tantum fureiq; fereq; ſuere. In *S*ueuis tamen populus ſemper ſeruabitur. Abiicitur & uocalis in fine ꝓcedentis dictiōis ſi ſequens a uocali incipiat. *S*imiliter ſi præcedens dictio in m deſinat. ſequens incipiat a uocali: ceditur illud m cum præcedente uocali. Virg. Littora multum ille & terris iactatus & alto. Hæc ſi ſecus ac dicta ſunt apud auctores inueneris: aſcribito auctoritati. Videbis enim plerūq; non fieri *Synaloephen*: aut eclipſim. i. compreſſionem: abiectionemq; litteræ aut ſyllabæ. & uocalem extremam longam breuiari ſequente alia uocali. ut. Inſulæ ionio in magno quas dira celemo Victor apud rapidum ſimoenta ſub ilio alto. Te coridon o alexi trahit ſua quemq; uoluptas. Item ex ui encleticæ ſequentis ultimam acutam corripi penultimam natura longam. Virgi. Vno eodemq; igni ſic noſtro daphnis amore. Idem. Vna eademq; uia ſanguis animuſq; ſequuntur. Quod quidem etiam ſine encletica uſurpant auctores ratione accentus. Nam in ſimplicitate prima acuitur. Propertius. Hoc eodem ferro ſtillet uterque cruor. Calphurnius. Rupe ſub hac eadem quam proxima pinus obumbrat. Fit & ſubtractio litteræ in fine uerſus hipermetri: ideſt una ſyl

laba abundantis:quem qui ſequitur eſt neceſſe a uocali icipere. & ipſum uel in
m uel in uocalem deſinere. Virgilius. Aut dulcis uulcano muſti decoquit hu-
morem. Et foliis undam tepidi deſpumat aheni. Scandes autem ſecundi princi
pium Retfoli. Illud non arbitror prætereundum ꝙ ſi uerſus icipiat ab o'alia
ue uocali quæ partem orationis conficiat. & ſequens dictio incipiat a uocali
non fit ſubtractio:ut apud Tibullum. O ego ne poſſem tales ſentire dolores &
Ouidium. O utinam tum cum lacedemona claſſe petebat. S quoqꝫ finalis lit
tera cum præcedente uocali ſucciditur ſed rariſſime. Virgilius. Inter ſe coiſſe ui-
ros & decernere fero. Licet Seneca legat cernere. Martialis: Sardonicas ſmarag-
dos, adamantes iaſpidas uno. Ennius. Interea fugit albus iubar hyperionis
curſum. Virgilius. Aut ouium fœtus aut urentes culta capellas. Aliquando
ſola. Quadrigarius cuius meminit Gellius. Maiore in ſpacio ac diuerſis iu-
bebitur ire. Lucretius. Arboribus ueteres decidere falcibus ramos. Quod
uetuſtiſſimi: ut Cicero monet etiam in ſoluta oratione in omnibus termina-
tis in us conſonante ſequente faciebant: ut omnibu princeps & dignu loco.
pro omnibus & dignus. Nonnunquam & in principio dictionis poſita.
Tibullus. Operrat quicunqꝫ legit uirideſqꝫ ſmaragdos. Syllaba breuis
pro longa aliquando ponitur. Ouidius. Mittit hypermeſtra de tot modo
fratribus uni. Virgilius. liminaqꝫ lauruſqꝫ dei totuſqꝫ moueri. Nam Iam-
bum, ut auctor eſt Fabius: heroicus uerſus non recipit. Fit autem id frequenti-
us in cæſuris. Virgilius. Per terram & uerſa puluis inſcribitur haſta Longa ue-
ro pro breui rarius. Virgilius. Et longum formoſe uale uale inquit iolla Hora
tius. Vade age caue ne titubes: mandataqꝫ frāgas. Quanq̄ Seruius dicit eſſe a ca
uo cauis. Ouidius. Quod tibi donaui perfide littus emi. Sunt tamen qui legāt
emo: ut ſit tempus pro tempore poſitum: uel pro nōdum perſolui Diſce h nul
lam uim litteræ iure in metris habere. Habet tamen quandoqꝫ ut apud Maro-
nem. Turniqꝫ cātit hymeneos. & poſt habita coluiſſe ſamo. Hic illius arma. Et
apud Iuuenalem: Viuendum recte non propter plurima tum bis.

¶ Quot quibuſqꝫ modis primæ ſyllabæ quantitas diſcernatur.

SYllaba prima ea dicit: quæ eſt in principio dictiōis plurium ſylla-
bagꝫ. Eius qdem quantitas octo modis cognoſcit: Poſitione. Di
phthongo. Præpoſitione. Compoſitione. Vocali ante uocalem.
Deriuatione. Regula & Exemplo. Diſcendum tm̄ eſt ꝙ conſo
nantes neqꝫ ꝓducunt neqꝫ corripiunt qd eſt uocaliū ſed ꝓducūt & corripiūt.

Poſitione cognoſcitur prima: ut carmen axis maia. Poſitio dicitur quan
do poſt uocalem ſequuntur duæ aut plures conſonantes. aut una geminata:
aut una duplex: qualis x z & i: quæ ubicunque ſunt faciunt præcedentem uo-
calem eſſe productam. Si uero in eadem dictione. poſt mutam ſequatur uel
l uel r aut interdum m uel n quæ liquidæ ſunt præcedēs uocalis ſi natura fue
rit breuis cōis efficit. ut atlas, tenebræ, caritmon: id eſt & numerum, tecnō. id
eſt filius apud. Euripedem. Martialis. Quæ capta eſt alia nuda lacena
cicno. Idem. Delectat marium ſi perniciosus ithneumon. & etiam i diuerſis di-
ctionibus. Ouidius. Piſcoſamqꝫ cnidon: grauidamque amethunta metallis.

Quod quidem exemplum rariſſimum eſt. Sed ſi integra dictione præcedēs uocalis natura fuerit longa ſuum tenorem ſeruat. Qua propter non licet dicere aratrum: penultima correpta. Poſitio etiam fit in diuerſis dictionibus ſi una deſinat in conſonantem.& ſequens a duabus: pluribuſue incipiat conſonātibus. Virgilius. Tribulaque traahæq; & iniquo pondere raſtri. Nec te decipiat illud Virgilianum. Ponite ſpes ſi quiſq;. ſed hæc qua anguſta uidetis.

S enim abiicitur. Hoc quoq; hora ianum: ſic purgari poſſe etiam Priſcia no fauente uidetur. Linquimus inſani ridentes præmia ſcribæ. q s extrita uim ſuam amittit & liquida quæ poſt mutam remanet præcedētem uocalem reddit ancipitem. Sed huiuſmodi iuncturæ uitandæ ſunt. Si uero dictio poſt breuem uocalem ab una duplici conſonante incipiant non eſt poſitio.

Lucanus. Tales fama canit tumidum ſuper æquora xerſem. Virgi. Iam medio apparet fluctu nemoroſa zacinthos.

Diphthongo: ut audio. Nam ubicunq; diphthongus ibi ſyllaba longa in latinis dictionibus.niſi ſequatur uocalis: ut præire. præiſſe præuſtus. Quippe diphthongi unum tempus & ſemis habent ut ſatis late. Tortellius explicauit. At in græcis producuntur. ut in æacus.æas & œgrus. Ouid. Aeacus ægi nam genitricis nomine dixit. Lucanus. Purus in occaſus: ſed puri gurgitis æas. Virgilius. Gurgite iam medio portans œagrius hebrus.

Præpoſitione. Omnis enim præpoſitio ſuam quantitatem ſeruat in compoſitione. ut ediſco. excipiuntur. Ad ab ſub ob in con quæ compoſitæ cū uerbo iacio producuntur poſitione: ut adiicio. In triſyllabis uero cōmunes fuerunt ego tantum produci reperio. nec ſine metaplaſmo fieri poſſe aliter uideo. Ouidius. Adiice troianæ ſuaſorem antenora pacis. Virgilius. His germana malis oneras atq; obiicis hoſti. Nam illud Lucani figuratum eſſe oportet. Cur obiicis magno tumultum maneſq; uagantes. & Syllii.

Arritat in primos: obiicitq; immania membra. De præ e ſe compoſita ubiq; producuntur: niſi ſequatur uocalis: ut de albo et deuro. equidem tamen ſiue ab e ſiue ab ego fiat corripitur. Di quoq; præter dirimo. In diſertus uero ſubtrahitur altera s quæ eſt in diſſero. & cōpoſita a græco dis ut dilema. Re ubiq; breuiatur niſi in refert quando ſignificat diſtat uel eſſe utile: quia fit a re nomine. Iuuenalis.

Omnia nec minimo ſane diſcrimine refert. Virg. Eſt numerus: neq; enim numero comprehendere refert. Et in tribus præteritis. reppери rettuli reppuli in quibus ideo geminantur conſonantes. quorum una extrita perraro īuenies corripi. Catullus. Si reditum. retuliſſet is aut in tempore longo. Syllius. Troiugenis reppulit pœnos ſoliſq; ſecutus. Quæq; feros reppuli doctis medicantibus ignes. Auſonius. Aptauit collo quem repetit laqueū. Redduco uero quando producitur uel fit ex adduco uel ſumit aliud d. ſicut reddo ex addo. Horatius. Dii tibi dent capta claſſem reducere troia.

Idem. Palma negata macrum donata reducit opimum. Lucretius pro duxit relatum. Id rurſum cœli relatum templa receptant. Ouidius.

Redde parim nobis helenam menelaus habebit. Idem. At reditus iam ſibi quiſq; ſuos amat & ſibi quid ſit. Vtile ſollicitis computat articulis.

Reiicio quoq; produci uolunt: ut. Reiice ne maculis infuſcent uellera pul lis: ubi nos dicimus dieresim & proceleumaticum eſſe. Nam pedes qui bre uiores aut longiores ſunt quattuor temporibus uerſus heroicus non admittit.

Quare ſi quando aut iambum aut trocheum aut tribrachum in eo inueniſ ſe uidebitis. ſcias illic ectaſim adhiberi. Sequamur igitur Priſcianum in reii cio qui.

Virgi. in hoc uerſu. Tityre paſcentes a flumine reiice capellas.

Proceleumaticum inquit poſuiſſe pro dactylo: & primum i ſimplex conſo num eſſe: quod & Papinii confirmatur auctoritate. Tela manu: reiicitq; canes in uulnus hiantes. Pro ubiq; producitur præterq̃ in his quorum bo na pars magis a procul & aliquot a procul deduci uidetur. Propero pro teruus proficiſcor profecto profectus. pronepos procella ꝓfugus. profugio profatus profanus profiteor profundum profundus. & niſi ſequatur uocalis ut proauus. uel aſpiratio ut prohibeo.

Compoſitione: ut ſi pono componatur cum præ dicemus præpono penul tima producta. Si lego cum per corripimus penultimam: ut perlego: quã quam rectius compoſita ex ſimplicibus meliuſq; obliquorum quãtitas ex no minatiuo quam ex diuerſo cognoſcitur.

Nulla tamen ſyllaba compoſitione diſcernitur: niſi ſit penultima inter duua medias uel fieri poſſit: quæ demum accentu producto uel correpto cognoſcit.

Liqueat id nobis bis & bi compoſita ſemper corripi. niſi ſequatur poſitio: præter binus bigæ bimus. Vocali ante uocalem: ut deus.

Nam uocalis ante aliam ſemper in latinis dictionibus breuiatur. præter fio fis. in quo producitur niſi r ſequatur ad e: ut fierem fieri. Virgi. Omnia iam fient fieri quæ poſſe negabam. & preter aer in quo producitur. Sic & in di us dia dium. Perſius. Romulidæ ſaturi quid dia poemata narrent.

Similiter i aha & ohe. Idem. Auriculis quibus & dicas tu te perditus ohe. Martialis tamen dixit. Ohe iam ſatis eſt ohe libelle: In græcis ue ro frequentius producitur. ut troes: rarius breuiatur: ut hyades. Iambus.

At in quibuſcunq; dubitariis: ad exempla confugies.

Deriuatione: ut donum quod deriuatur a dono donas. Vnde hæc traditur regula. Quanta eſt prima ſyllaba primitiui: tanta ſolet eſſe deriuatiui: ut mune ro & munus: litteratura tamen ſeruata. Nam religio & reliquiæ non ſeruant. nec ibo: quod eſt abeo. nec bobus quod eſt a boue. De præteritis & ſupinis in fra dicemus. Excipimus uero hæc quæ a breuibus producuntur.

Caſus quod a cado deducitur. Iucundus quod a iuuo. Tegula quod a te go. latus a tuli. ſtatutus a ſtatum. ſedes a ſedeo: ſed ſedile corripit. Vires a ui reo. uitupero a uitio. lex a lego: rex a rego. Feralis ab eo quod mortem feram ueteres dixerunt. Sæculum a ſecando uel ſequendo: uel potius a ſene: ut uult Varro. Nequam a nequeo. uox a uoco. binus a bis. totus a tot. denus a de

cem. Regula a rego. nonus a nouem. ſecius a ſecus humanus ab humo. trinus a ter. ſerium a ſeorſum & riſu. remus a remoueo. caſeus a coacto ſumen a ſue fomes & fomentum a foueo. cerritus a cerere. uena a uenio uomer a uomendo iunior a iuuene. petus a petendo. liquitur a liqueo. humor ab humo. rapa a rampio. uiginti a bis decem. iumentum a iuuo. Columella auctore. lugerum a iugo. laterna a latendo. gradiuus a gradu: ut docet Feſtus rete a retineo cunæ a cuneis quibus ſimiles ſunt. Italia ab Italo rege. *Sicilis* a *Siculo* rege macero a macer. uociferor a uoce. Inueniuntur & plura: ut profuſus a profundo. iunior a iuuene. *Sed* in regularum ſerie omnia complectemur. Hæc uero a longis corripiuntur. Dicaxa dico. Stabilis a uerbo ſtabis. Manus a mano ſiue a munio: Titulus a tutum tutu. uitium a uito. domus a doma quod tectū ſignificat. Dux ducis a duco. Lucerna a luceo. *Sopor* & ſoporo a ſopio uerbo. Ofella ab offa: farina a farre. *Sigillum* a ſigno. diſertus a diſſero: abes ab abſum quater a quattuor. Item quaternus. Tigillus a tigno. aceruus ab aggere: quaſi aggeruus. Vadum a uado uadis uel uador uadaris: quod eſt pedibus per aquam tranſire. ariſta ab areo. Fragor a frango. item fragilis: ſodalis a ſuadeo uel a ſodes. ſagax a ſagio. anus ab annis. noto a noſco notum. coma a comis. uir a ui. & uirtus a uiro. ut Cicero docet. aqua ab æquo. id eſt a plano. fœmur a fœmina. ſiquidem a ſi & quidem. natat a no. mamilla a mamma. Fides a fio & dictum. Italus ab italia uel contra. omaſum ab omine. pluuia a pluui præterito. bubulcus a bubus. currulis a curru. ſiue a curruo. oculus ab occulo. acerbus ab acer. fatuꝰ a fatum fatu: lotium a lotum. odium ab odi. ligula a lingua

Regula ut legi. nam omne præteritum biſyllabum producit primam. ut uidi. præter bibi fidi ſcidi dedi ſteti tuli. Et uocalē ante uocalem habentia: ut rui fui. Omne præteritum geminans primam ſyllabam eandem corripit. ut momordi peperi. Cæteroꝝ uero præteritorum tanta eſt prima ſyllaba quanta præſentis. Quod fallit in his genui poſui potui coegi: quorum primæ corripiuntur. licet a longis præſentibus ueniam. Item in reppuli rettuli reperi: q̄ quanq̄ a breuibus producuntur.

Omne ſupinum biſyllabum primam producit: ut luſum. Demas itum quitum citum a cieo. nam cito producitur. Virgilius: Excitum ruit ad portas. *Situm* litum datum ſtatum ſatum rutum & notum in compoſitione quādo o in i mutat: ut cognitum agnitum.

Aduertendum ꝙ q̄ta eſt prima ſyllaba præteriti. tanta eſt eorum quæ ab illo declinant̄. ut legi legeram. legiſſem legerim legiſſem. legero legiſſe. Itē q̄ta ē prima ſyllaba præſentis: tāta ex eoꝝ quæ deducunt̄ ab ipſo: niſi ſequatur poſitio: ut fero ferrem: uel interdum mutetur litteratura: ut rebar & reris a reor.

Exēplo: ut pirum apud Virgilium. Cruſtumiis ſyriiſq; piris grauibuſq; uolemis. Nec te fugiat nihil magis tibi prodeſſe quodammodo q̄ exempla: & maxime in ꝓpriis & locorum nominibus. *Sunt* igitur multa tibi carmina memoriæ commendanda: quæ & in hunc uiſum & in alios habeas præparata.

Reddent etiam fœcundius ingenium aduerſus parturiendos. Non ergo eum laborem refugeris ex quo tantum aſſequeris emolumenti.

At ſi quando ſuperiori quam docuimus uia ſyllabæ q̃titatem inuenire diſficile eſſet ut habeas quo ſtatim confugere poſſis: certo ordine ſubiiciemus regulas quæ ſi forte non omnes comprehenderint uoces noli mihi aſcribere tarditati. ſunda enim non omnes piſces ſuper quos iacitur capit.

Complexi etiam in his ſumus multa quæ ſuperioribus regulis diphthongo & poſitione aut aliter cognoſci poſſunt. At ſi quid defuerit & tibi & unicuiq;, ut inquit Ariſtoteles addere licet. In his uero quæ ſunt ambigua tritiorẽ uſum ſecuti ſumus.

A ante b corripitur. ut labellum. Excipe. Cabro Flabam Flabor fabula fabilis flabra. labor laberis labilis labes. nabam nabo nabilis. pabulum: Stabam Strabo proprium tabes tabo tabibus.

A ante c corripitur. ut acerbus. Deme acer quomodo fortem ſignificat. academia. ut apud lauream Tullium. Atq; academiæ celebratam nomine uillam. & apud Ciceronem. Inq; academia umbrifera nitidoq; lyeo. Alii tamen corripiunt. Horatius. Atq; inter ſiluas academi querere uerum. Acanthis auis. Acis fluuius. Cacus frequentius producitur. Dacia a Lucano Virgilioq; corripitur. Dacus a Martiale Statioq; producitur: ut. Indomitiq; dacæ. & poſtem indignatus araxes. Et uetitos errare dacas in mœnia ducat. Grande iugum domita dacus ceruice recepit. Signa tulit cum prima truces amentia dacos.

Facundus facundia. Graculus glacinia machina macero. Ouidius. Maceror interdũ q̃ ſim tibi cauſa dolendi. maceries. Thracia thracis Vacinia. Et quæ b & p habet ut baca brachæ brachium pace placo paco pacuuius. ex his paciſcor placet baculus & a brachis d̃ducta. ut tribrachus. Spacior & ſpatium breuiant. pachinũ. Ouidius præter alioꝝ morem in. xiii. ꝓduxit. E q̃bus imbriferos ſumerſus pachinus ad auſtros. Vacillo ancipitem habet.

A ante d corripitur ut uadum. Tolle adam. ut apud Sedulium. dades. dadila gradiuus: quod Ouidius ĩ metamorphoſis ſexto corripuit. Et genus a magno ducentem forte gradiuo. gades gaditanus gadir gadilon. ladõ fluuius, Rado radico radix ſuadeo ſpadix trado traduco uado uadis.

A ante f corripitur ut uafer. Apher autem & aphrica potius per ph notantur. Apher proprium producitur. A ante g corripitur ut ago ſagum excipe a galma agea dago lagus. magalia ſaga ſagus ſtrages ſagio ſtragula tragula tragema quod non a trago hoc eſt hirco: ſed a trago. hoc eſt comedo deducuntur. tagitia uagio uagina & quæ habent p uel f ut fagus flagitium flagra fragia flagito pagus paganus pagina plaga ex iis demuntur flagellum fragror fragroſra gilis & plaga quando regionem uel retæ ſignificat. A ante l corripitur. ut alumnus. Tolle ala ales alecto alea alitus alipes alo alas. alia fluuius balo balena baliſta. caligo. calo calonis. halec. hæc mala. hic malus. hoc malum pomum & hæc malus arbor. palo palantes palus pali palatium correptum. Martialis producit qualis qualia qualus ſcalena ſqualeo ſqualor. ſcale talus talaris talis talea & talio. A ante m producitur. ut flamen. Hamon uero ſolus Iuue. corripuit. ut Diſpoſitis prædiues hamus uigilare cohortem ubi quidam eclipſim

malunt.excipe amita amo amicio ametnus.chlanis cametes:damus.fames.cum ſuis.lamia ſamos tamos & tamen.Item omnia Poliſyllaba pter amitto amentum lauina lamentor.Damoeta.' A ante n corripitur ut cano & canalis. Deme annulus anus pro podice caneo caneus canon canie canities cannabis danus dane.Sed ſi triſyllabum feceris corripit danubius granum ganeo. Prudentius inuſitate dixit.Ima pati laxa ganearum lege teneri ianus ianua lana lanugo mano mane manes manis uetus nanus phanum phanus olanus panis panos rana ſanus trano uanus uaneſco.

A ante p corripitur ut apud.Excipe aphrica apher apulus apulia quam in tertio carminum contraxit Horatius. Altricis extra limen apuliæ apeninus apidanus crapula capadocia lappa mappa papas papus papa papilio. papo papinius rapa.ſaphirus.Sapis fluuius ſaperda ſapo uapulo uapa.

A ante q breuiatur ut aquila. Aduertendum nequaquā & compoſita. A ante r corripitur ut haruſpex.

Tolle areo area aridus ara pro altari.arūcus pilus caprinus arinca arete arabiam producit Propertius reliqui corripiunt barum bara baris. charus carus carica caria clarus clareo carex.

Dareus rex flare faris glarea gnarus harum inarum larex larus larius lariſſa narix narea naricia naret nares pareo pharus pro ueſte quarum quare rarus rareſco ſtare uarus ſmaragdum. Martialis quandoq; produxit Sardonicas ſmaragdos adamantas iaſpidas uno & Prudentius.

Has inter ſpecies ſmaragdina gramine uerno. A ante s corripitur.ut aſſa. Excipe Aſia pro palude aſopus baſium caſus caſeus caſellius proprium naſus naſo phaſis raſus raſilis ſuaſit ſaſon uaſa.

A ante t corripitur ut quater. Deme ater attamentum atrium atella atellana atina blatio blatta blattio quia ablax.Blatero.Horatius in epiſtolis corripit exemplo. Lucilii quā dixerat.Deblaterat plenus bonus ruſticus concinit una bracthea bracteola catus animal.catta auis habet duplex catus pro ſolerit corripit catolicus crater crates niminex clatrus. Cratis fluuius habet communem flatus fatur fatum fatus frater gratus grates gratia gratis grator gratulor latus adiectiuum laterna lato latū.latu latus laturus.maturo maturus mater matrix matuta matertera matutinus materia materies matheus.natura natus natalis pratum.patria uero anceps habet quattuor quatenus quatinus ſtratum ſtatim quando fit a ſto:nam ſiſto fere corripitur. ſtaturus ſaturnus uates uaticanus uaticinor. A ante u corripitur ut auis.deme auius clauis claua clauus.dauus dauit dauidicus.flauus flaueo flauius.gauiſus gnauus. lauinia lauinus producit & corripit.mauis mauult mauors.nauis nauigo nauita.pauo prauo.prauus.ſuauis.& reliqua quæ habent mutam ante i.

A ante z producitur ut gaza lazarus.

E ante b corripitur ut lebes.Excipe creber crebeo crebes.debilis debeo debitum debilito.ebrius eboſia.fleba febris quia a feruendo. Sed Serenus corripuit.Flebilis.gleba glebo.hebrus hebe. Nebam nebo.nebris oebalia oebalus.plæbes plebiſcitum præbeo phœbus phœbas. rebus thebus equus rebar.

ſebum quod rectius ſæuum dicitur. ſebetus fluiuus. thebe zebedeus. Iuuencus Hinc tunc z. bedei coniunx ſubmiſſa rogabat. E ante c corripitur ut ſecus. Excipe cæcus cæco echo fœcūdo fœcundus fœto fœtas fœtus fæcis. græcia græcus lecythus mechus mechor mecœnas mecum œconomus parœtta præco p̄conium præceps præcordia præcipuus. ſæculum ſecurus ſecius ſecum.

E ante d corripitur ut ſedeo. Deme cedo ceſſi: cedo cecidi. credo dedo deditus dedalus edo æditus ædes æditũus ædilis edictū. hædus fœdus fœdo lædo medea media medius prædo præs. prædis predium præditus prædor præda. pedor pedes. pediculi. pedico rheda. ſedulus ſedulitas ſedatus ſeditio ſedo ſedas ſedabile ſedes ſeda tedet tedia.

E ante f breuiatur: ſed aduertenda compoſita.

E ante g corripitur ut lego. excipe dego eger egroto ægyptus egregius ægeus ægon egis egoceros æge. lego leges pegaſus regia regina rhegium reges reguluſ regale regali olus auis regula tegula. E ante i ſem. p̄ p̄ducit̃ ut peior. E ante l in diſſillabis producitur ut uelum & deriuata. deme chelis celer gelu helix leleges melos mellus melas melan meles melo ſcelus telon uelut uelim.

In poliſillabis uero corripitur. excipe belua deliciæ delicatus delibutus deliquo deliquas delubra delictum delius eliſium electrum quod ſemel.

Virgilius artificioſe corripuit.

Quod fieri ferro liquido ue poteſtur electro. electrum proprium. elicius elegia de quo infra præliū peluſiū peluſius pelignū peliō ſpelea ſpelūca zelotipus.

E ante m corripitur: ut emo. Tolle cœmentum cemiterium clæmeus clæmentia crementum. demo demens demon demus demētia emulor emulus emineo emathia emolumentum eminus. fœmina fœminæ flemus: hæmina nemo plemirium præmium præmio remigo remus: ſed non proprium. remex ſemē ſemino ſemita ſemis ſemodius ſchema ſtemma ſtemus. temo de temeto in quo comunis eſt īfra dicemus. E ante n producitur: ut fœnum. excipe enim enio enipeus, feneſtra freneſis. penes penus penitus penates penetroxenium. Si uero præcedit b uel g uel ſ uel t uel u corripitur præter benacus ueneo uenum uena uenor ſenus ſenio ſcæna ſplenis ſtrennuus ſchœnobates ſtrena tenia & tenarus.

E āte p corripitur. ut tepeo. deme cepe cepa cephiſus epirus epolus æpi epia hæpar p̄pucia. p̄pes repo. Virg. itamen dixt. Quo ruitis: quoue iſta repens diſcordia ſurgit. repperi reppuli. ſæpe ſæpia ſæpiola ſepio ſepes.

E ante q breuiatur ut neq; excipe æquor æquus æquo æqualis æquiculus. populus proprium enim corripitur. neq̄ nequitia nequaquam nequicquam nequis nomen nequo ſequana ſequanus ſequanicus.

E ante r corripitur ut herus ſerum deme berillus beritus clerus hera ceruſſa ceroma cerintha choerulus cerulus cere ceres ceretis: & cerete cereris. eruca eruga æs æris æro æras ærugino erumna erigone eridanus. eretū. feralis feronia fleřē heros herois. nam proprium corripit. hæres hæredo hæreo hæriphile cōmune haber. mœreo nereus neris, neritos neritum nerem nerio. pleriq; plera pero pera. quæro rete ſpero ſpæra ſiue ſphera ſeres ſerus ſero ſerra ſericum ſeria, thera uero uerax uerus uer ueris ueratrum ueru ueru ueruca. xerampellinus.

E ante s producitur. ut Cæſar. excipe ueſulus. ueſeuus ueſuuius qui quádo
que dicitur ueſuius. *Syllius*. E uomit paſtos per ſæcula ueſuuius ignes.
Veſeris. Thetis & eius compoſita. Ieſus frequentius producitur: in quo more
Græcorum. i. apud barbaras nationes conſonantem in uocalem conuertunt
breuem. preſertim iuuencus & arator chriſtiani poetæ: ut infra latius oſtende-
mus. E ante t producitur ut ætas. De me betula betulus betulum etiam fretum
hetruria hetruſcus heteroditus petra petrus geta meta metuo. metallum metau
rum metrũ retro thetis thetidis. nam pro uxore. Oceani ꝑducit & corripit tetri
cus tetrarcha tetigi tetendi. & in quibus p aut u præcedit e ut peto ueto. De me
pteus ꝑter prætereo prætor & pletus. Cretam pro regiõe in ſcythia Flaccus cor
ripuit E ante u conſonantẽ ꝑducitur ut æuum. Excipe breuis leuo leuis quá
do ſignificat nõ grauẽ ſeuerus. I ante b breuiatur ut iberus: Deme fibula gib-
bus gibboſus hybernus hybrida. ibo ibis ibidis. libo libũ libero liber pro libe-
ro & baccho. libertus libanus in quo alii corripiunt: libro libra libertus libertis
libela quibo ſcribo ſcriba ſibilus ſcibo uetus ſcibilis tybur tibia tibula uibex ui
burnũ. I ante c corripitᷣ dicax. & quæ uidentᷣ ab eo cõpoſita ut faridicus. Ex
cipe dico dicis ficus ficedula ico icis icon icarus icaria icariotus iconiũ licium
nica niciteria. pica picus picens picenus: ſicut ſica ſicarius. Cicheus comunẽ hẽt
ſpica ſpicus ſpiculũ ſicilis ſicania ſicaniuis ſicilis. *Sed* ſiculus & ſicanus corripi
untur: ut Ore arethuſa tuo ſiculis confunditur undis. *Virgili*. Fida reor fraterna
erycis portuſq; ſicanos trica tricæ tricenus & huiuſmodi formæ ticinus uicus
uicinia uicinius. I ante d ꝑducitur ut ſidus. demitur cydonía cydon. *Sed* ꝑ-
priũ potius ꝑducit: ut etiam *Seruius* docet. Cnidus cnidius. didici didyme fide
ne fides fidis fidicula fidelis. *Sed* fidus ꝑducitur. Ideo idem neutri generis idu-
me idumea idoneus hidaſpes quidam & quæ habent u ante i: ut uideo. b. ut bi
duum. p. ut pridie. t. ut triduum. præter ſtrido ſtrideo. hydra uero hydrus hy-
dria. & hidrops comunẽ habent. *Syllius* lib. *viii*. Et bellare manu & chelidris
cantare ſoporem. I ante f. producitur. excipe compoſita. I ante g breuiatᷣ
ut rigeo. deme bigæ digero figo flige fliga fligo frigutio frigilla. frigeo frigus
frigil gigeus lacus piga pigardus phrigium lignum aridum ſygeus & quæ ha-
bent & ut ſtigo præter ſtyx ſtygis. ſtrigil Perſius corripit. Iuuenalis producit.
Striges quoq; corripitur & producitur. ſed rarius triginta uiginti. I ante l ꝑ
ducitur ut bilis. excipe bilibris cylidrus cilindrus cilium cilix filix hilaris ilerᷓ-
da lilybeus lilæa: milium frumentũ philomela pilus pila pro ludi inſtrumento
philoctetes pylos pylius pylene. phileros philyra phillon philetas philoſtratus
Item quæ s aut t ante i habent ut ſileo & tilia. Thile tamen producitur. & *Syla*
mons. I ante m producitur. ut rima. Deme chimera ſimus hymeneus hymẽ
quod Ouidius produxit. Vt ſubito noſtras hymen cantatus ad aures &
Catul. Hymen o hymeneæ. hymen ades o hymeneæ. alibi corripitur. ut. Af-
fuit & ſertis tẽpora uinctus hymen: mimas mons mimalonis nimis ſimon ſi-
mul thimus. & poliſyllaba: ut timeo. Præter himera ſimia ſimius. nec corrũpat
papinius. apud quem legẽdum eſt. Infantem lingua nimium ſalibuſq; proter-
uum. I ante n próducitur ut crinis & linea. Excipe innula inulus raro corri-

pi:ur.lino linus.Linus proprium.tinea & habentia c uel ſ uel m ante i ut cinis.
Sino minor & minor uerbum mine:tolle ſinum uas mina minos minotau-
rus. I ante p breuiatur ut hyperboreus.Deme ciphus cippus cyperus arbor
gryphes hipocrita hippodates hippomanes & cætera ab hippos pipilo & pipo
uerba ,ripa rhyphiæi.ſtipes ſtipitis ſtipo ſyphon ſypharium.Oui. & Martia.
ꝓduxere.Quinqꝫ parant maratri ſcrypula myrtha nouē. Flamaris ue togæ
ſcrypula tota decem.Ergo nec argenti ſex ſcrypula ſeptitiane.Priſcianus qui in
multis deſciuit a ſuperiorum uſu ter eodem in libello corripuit. Gramma uo-
cant ſcrypulum noſtri dixere priores:& reliqua. Stipendium quoqꝫ produ
citur.q̄q̄ ſtips ſtipis corripitur.Virgi.in diris.Aut inter uarioſueneris ſtipen-
dia flores:Catul.Indomito nec dira ferens ſtipendia tauro. Typhon qui &
typhœus ꝓducta prima ſyllaba dicitur ut in.v.&.vi.luc.tiphis uipera. I an
te q.corripitur ut liqueo.excipe liquor liqueris.nam liquaris corripitur liqui-
dus a uerbo tertiæ coniugationis producitur.a ſecūdæ corripitur. Lucre.li.
quarto.Craſſaqꝫ conueniunt liquidis & liquida craſſis liqui liquetius ſiquis.

I ante r producitur ut lira pro ſulco.Deme lira pirus pirum pira quiris ſy-
rus tyros uir uiri & poliſillaba ut uirilis & ſyria præter cyriacus cyrene pirula
pirata pirula piramis & piramus pirene quæ producūtur. Sed pirene & cy-
rene rarius corripiunt. Item ſtyria ſyrius pirema.tireſya.Chironomos autē
chirographus chiragra & chirurgus uidentur produci & corripi poſſe. Mar
tia.Chirurgus fuerat nūc eſt uiſpillo diaulus.Idē.Sed nil patrono porrigit hæc
chiragra eſt.Styracem Serenus corripuit. I ante s producitur ut uiſus.excipe
biſon chriſis diſertus hiſopum licet græci per duplex ſſ ſcribāt.iſaurus iſara.mi
ſer miſereor niſi ptiſana cum compoſitis phthyſis uel ptyſis phyſis iiſer. I
ante t corripitur ut item.de me bithinia in quo Iune.corripuit.Quamq̄ & cap
padoces faciant equiteſqꝫ bithini.Alibi uero produxit. Donec bithinio libeat
iugulare tyranno.Bitonia'. Britannos produxit Lucre. Nam quid britannis
celum differe putamus.clitellæ clitorius cliton clitunus:criticus comunem ha-
bet.Hora.ut critici dicunt.Martia.Aequalis liber eſt critice qui malus eſt dito
diteo dis ditis glis glitis italia italus indifferēs habet.itur ſed iturus corripitur.
Littus lis litis litigo littera mitilus miris miteſco.nitor eris pytō pythagoras.
pituitam Perſius produxit.alii corripiunt pitiſma pſittacus ritus rito ſcito ſci-
tor.ſcitus ſcitum ſitis a ſum.Propertius.Sitis & ī tuto ſemper amore pares. ſi-
thon ſithonius.trito triticum trituro triton tityrus titan titillo tritonis uito ui-
tupero uitis uita zithus.I ante u producitur ut priuo.excipe biuium triuium
niuis. O ante b corripitur ut obolus.tolle bobus gobio mobilis mobus no
bilis nobis.obex obiicio robor robur ſubrius tobias uobis & quæ habent du
plicem conſonantem ut ſcobis. O ante c breuiatur ut iocus.excipe cocythus
foco uerbum focale.Martia.cui non conuenit cum Horati.produxit: Hoc fa-
cile tuas aſſerat auriculas.iocundus ocior oceanus ocius ocium poculum pro-
cerus phoca phocis phoce uocalis uoco uocis a uox.procuro frequentius ꝓ-
ducitur.q̄q̄ Ouid.dixit.Facito mea tela procures.& Accius.Exercent epulis læ
ti famuloſqꝫ procurant. O ante d producitur ut codex.deme modus modo

odor rhodos rhodanus & poliſyllaba ut fodio pre et dodona ꝓdero prodeo zodiacus. O ante f corripitur ut profugus & oſella. quidam tamen profugium figurate producunt. Tolle profero profui proficior profore offa ſcrofa.

De his quæ habent pro docuimus ſupra. Inuenies tamen profundo profectus & profecturus modo produci modo corripi. Catul. Has poſtq̃ mœſto ꝓfudit pectore uoces. Sylli .i.xi. Impia demētis uulgi & uix tota ꝓfudit. Iuue. Profectura domo ſicula non mitior aula. Proper. Hæc quoq; profecto ludebat Iaſone Varro. Statius in.xii. Hunc ego te coniuux ad debita regna profectum.

O ante g producitur ut cogo, deme logons togo togus toga togula togatus. O ante l breuiatur: ut colo. Excipe boletus bolanus proprium colyphia colum colo colas dolium molior moles molimē moly molyos nolo nola olim olearos olenos olenius polypus. Hora. Delectat ueluti balbinum polipus agnæ prolixus proprius proles polidamas. Perſius. Ne mihi polidamas & troades labeonem. prologus quod quãdoq; corripit. ſolis ſolarium ſolis horologium & pars tecti. ſolus ſolor ſolacium ſolers ſolertia ſolēnis imolus quod & trium ſyllabarum dicitur timolus. alii timolius ridicule dicunt. Sed cum duarum eſt ſyllabarum ea ratione qua panthus ultimam protrahit. O ante m producitur. ut nomen. deme comes comitor comedo coma. Domus domo dominus glomus glomero gomor homo momordi. Nomas omaſum. ſed omentum producitur. Perſius. Tot tibi cum in flammis iunicum omenta liquæſcant. Omitto ſtomachus tomos tomite uomo. O ante n breuiatur ut bonus. Tolle monos quod anceps habet modichus cētauri nomen.

Item nonus nonæ zona. & quæ e uel d uel p habent ut conor donec pono: præter donus: Lucre. At cum membra donus præſenſit frigida ſeruis doniſa ꝓnepos proneptis. O ante p breuiatur ut opes. excipe opilio apud Virgi. oppidum oportunus operior opis nympha populus arbor propago uitis. nam pro poſteris corripitur. Propino quidam ꝓduxere. quidam etiam doctiſſimi corripuere. poples popeanum poppea poppiſma propugno propugnaculum propalo propono propello: ſopio ſopitus. Sed ſemiſopitus corripit. Ouidius Purpureo iacuit ſemiſopita thoro. Idem Theſea preſſuras ſemiſopita manus tophus: & quæ habent c ut copia ſclopus præter ſcopulus cophin us cophos.

O ante q corripitur ut coquo. Tamen aduertēda compoſita. O ante r corripitur ut torus. deme coralium. Oui. Sic & coralium dum creſcit i æquore uimen. corā corus ueotus corycus coricius doricus doris dorion horū hora mos moris. noram noris noricus os oris oro orator ora orithus orithia. Orion ut plurimū corripitur. & q̃doq; dicitur aorion quoq; itoria ſorex ſoracte ſorathorax. & q̃ habent l uel r ante o ut lorū ploro. roris floris: gloris gloria prora.

O ante s producitur ut roſus: Sed coſiram Ouid. corripit. Syllius producit. Tolle doſis oſiris poſui proſeuca proſa ancipitem habet. Sed frequentius ꝓducitur proſymna. ſoſia & roſa corripiūtur. O ante t corripitur ut quotus. excipe botrus: licet ratione deriuationis corripi poſſit. cos cotis dotis doto fotus lotus lothos motus notus participium & pro amico. noteſco notifico othos poto quotidie illud Martia. figuratum eſt. Cultus ſydone non quotidiana Sote-

tia. Idem. Nam quotiens ſurgis ſoteria poſcis amicos, totus uotum, & habentia duplicem conſonantem ante o ut clotho, protinus proteus. Demuntur crotalum croton protheros proterus ptotos protos prodotomi protogenes. O ante u breuiatur ut ouis. Excipe ouum prouincia prouideo prouica prouoco prouoluco proucho.

V ante b corripitur ut rubus, deme lubrico lubricus pubes rubigus rubigo quæ ut a ruber quidam corripiunt. Sed falſo Martialem citant apud quem eſt. Vtetis more aliter nimiaque erugine captus, non rubigine, ſubter tuber uber ubertas & quæ b uel n habent ut bubo bubus nubo nubes iubilum. Demuntur bubulcus innuba pronuba, ſubucula, ruber & rubrica. Connubium uero ancipite habet. V ante c producitur ut lucus. Tolle cucullus cucumer cucurbita, educo cas, nam tertiæ producitur. Dux ducis ducenti duceni. lucror lucrum lucellum lucerna, & quæ habent n uel d uel r uel u præter duco. V ante d producitur ut iudex. Excipe pudet pudicus pudis hæc rudis rudie. Ennii patria rudio rudientes. Rudo ancipitem habet. Perſius Findor ut arcadiæ pecuaria rudere credas. Virgi. i. vii. Vincla recuſantum & fera ſub nocte ridentum. ſudes, ſtudeo tuder & tudertes corripiunt. Tudi, præteritum in compoſitione communem habet. Horatius. Sparatum meritis duram qui contudit hydram. Ennius. Contudit crudelis hyems. V ante f ſemper producitur: ut bufo. V ante g producitur, ut ruga, deme tugurium, & habentia i ut iugum f ut fugio p ut pugil pugio pugillares, preter fruges frugi, deme etiam iugera & iugis adiectiuum: a quo iugiter, bugloſſa & iugulans communem habent. V ante l corripitur ut culex pulex quod produxit Martalis in doſtichis. Pulice uel ſi qd pulice ſordidius. & Columella. Paruulus aut puplex irrepens dente laceſſat. excipe culus culeus dulichium, ulus, uligo cõmunem habet apud Vir. Producũt etiam habentia f uel g uel m ut fuligo fulina mulus. Ex his demuntur fulica gula mulier. V ante m ꝑducitur ut pluma humidus humanus. Tolle humus humilis humerus, rumex ſumus & habentia n ut numerus c ut cumulus, t ut tumulus præter cumæ numen & ſtruma. V ante n producitur ut funus Excipe cuniculus cuneus tunica. V ante p corripitur ut lupus. Excipe cupa iuppiter ſtupa ſcrupus ſcrupulus ſcrupeus ſuppara & habentia n ut nuperrr ut rupes p ut pupillus pupa pupula pupilla uero ancipitem habet: pupugi corripit.

V ante r producit̃ ut turis Tolle curulus cures curetes cretẽſes in quo produxit Oui. in quarto meta. Cleme ioui largoq; ſatos curetes ab hymbri. Curius proprium durius flumen, furius quod Catulus producit: ut a fuſio furor furo futia muria muridus nurus ſpurius. V ante s producitur ut puſio, de me fruſino puſillus & ſuſurro. V ante t producitur ut utor. Excipe cutis frutex lutum. Muto nomen produxit. Hora. corripuit, alii mutoniatus, puto putris uti aduerbium utinam uter utra utrum, & poliſyllaba ut puteus uterus. præter buteo futio futilis glutio gluten glutinum glutino luteum corripuit Tibul. lutheola & lutheus Maro producit, mutuus mutuo mutio mutuo uerbũ & utuor nutrio putreo tutela utilis. V ante u ſuper producitur ſi nulla preceſſerit conſonans ut uua, aliter uero corripitur ut pluuia fluuius.

¶ De media ſyllaba.

MEdia ſyllaba appellatur quæ poſita eſt inter duas extremas dictio-
nis quotuis ſyllabarum. Ea ſeptem modis cognoſcitur. Poſitione
Diphōgo. Vocali ante uocalem. Accentu producto uel correpto
Diminutione. Exemplo & Regula. Poſitione:ut colomna. Di
phtongo ut ſabæus cæra unia. Vt autem diphtongata cognoſcas lege Guarini
opuſculum de diphtongis ad Florium. Vocali ante uocalem ut gloria. Nec
ignorandum uocalem ante aliam in latinis ſuper dictionibus breuiarii ut ma-
ria lucia. Quamquam Sedulius quandoq; produxit maria. Excipimus geni-
tiuo nominum & pronominum in ius deſinentes, ut iſtius unius: in quibus in
differenter ponitur, præter alius in quo ſuper producitur. & alterius in quo ſu-
per corripitur. Et preterquam in genitiuis & datiuis quintæ declinationis quæ
habent e inter duo i: quoniam producūt penultimam: ut diei meridiei ſpeciei
Producuntur & in huiuſmodi Tarrai aulai frugiferai. In græcis quandoq;
corripitur: ut Ilion tragœdia comœdia. Quandoq; producitur ut eous ſponde
us lucius Ptolomeus philoſophia. Quandoq; eſt anceps ut chorea platea. De
riuata a fœminis græcis e longo terminatis habent e productam ut cræte cræ-
tæus. hyblæ hybleus dionæ dionæus. Sed de græcis communes etiam primis
ſyllabis regulas curſim ſubiciamus. A ante a e & i corripit ut. Nauſicaa.
Phaeton quod diphtongon non habere docet. Quintilianus. Sic & paſyphæ
Caicos. excipe aer laertes lais michael. Valerius Flaccus hic & odoratus ſpiran-
ti crine michael. nais thais taygeta ſais. A ante o & u producitur ut laocoon
Menelaus. Tolle aglaophon chaos. danus phraothes. E ante a producitur ut
æneas. Deme accuſatiuos, ut theſea typhoea etiam quādo eſt adiectiuū: quo-
niam ex ei diphtongo, i. dorico more ſubtrahitur: ut Priſcianus admonuit Vir
gilius. Nate patris ſummi qui tela typhoea temnis. Item artocrea theatrum bo
reas cyneas & quædam huius formæ. Adde baleares bractea rōphea apud Flac
cum. Chlearcus carneades cleantes lea leena mele ager neæra nemeæus tegeæus.
Aſt platea chorea & malea cōmune habent. Virgilius. Ionioq; mari maleæq;
ſequacibus undis. Lucanus. Et ratibus longe flexum donare maleæ. E ante e
corripitur: ut eetion. Semone eea neſee. E ante i producitur: ut threiſſa. Nere
is. Martialis præter aliorum morem corripuit, ut Luſit nereidum docilis cho
rus æquore toto. E ante o corripitur ut eous quādo fit ab eos quod ſignifi-
cat orientem. Nam quando ab eos quod auroram producitur excipitur eolus
meon moeris lageos. E ante u producitur: ut alpheus. excipe creuſa. I ante
a corripitur ut zodiacus & elegia: in quo quandoq; producitur. Ouidius inter
quas uultu petulans elegia uocatur. Niſi dixerimus proceleumaticum illic eſſe
pro dactylo. Quandoq; tamen ei dipthōgus in eo uerbo per dieræſim reſol-
uitur: ut apud eundem. Blanda pharetratos elegeia cantet amores niſi legia pro
ductis prioribus, produc tamen cyane cyaneæ priamides licet priamus corripi
at. Dia inſula iaſius langia philoſophia & multa ſimilis formæ ut aſtrono-
mia. ex quibus quædam apud nos ſemper corripiuntur. Quædam cōmunes
ſunt ut ſophia. Virgilius in cyri. Florētes ſophiæ uiridis complectitur hor-

tos. Idem ſieri poſſet in academia: niſi aures abhorrerent non minus quam ſi penultima correpta dixerimus aſtrologia. Sed in eodē uerbo ſine offenſiōe primas cōfundimus. Accedit rō ſimilium deriuatiuoꝝ: ut ab oēnotro oennotria, a tyrreno tyrrenia: quod alibi ſatis late diſputauimus. Accedit doctoꝝ auctoritas. Claudianus in latinum ſptis academia migrat athenis. Challimachus noſtri tpis poeta inſignis qui ſecūdam produxit. Marcus Achademiæ. Illud Propertii doctiores legunt. Alexandrina. Noxia alexandrina dolis aptiſſima tellus. Pleias cū p diereſim enunciatur. Oui. Edidit arcadis pleiadas una ioui. & pleiadumq; chorus. Produc tamen thalia & thias. Diana communem habet apud Virgilium & alios. frequentius tamen corripitur.

I ante e i & o breuiatur: ut hieron. Diiambus iolla poliphymnia. id eſt plurimum canens uel laudās. Oui. Diſſenſere deæ quaꝝ polyphymnia cepit. Dicit & polymnia ſubtracto i hoc eſt multæ memoriæ. Virg. in epigrāmatibus. Signat cūcta manu loquiturq; polymnia geſtu. deme. pierus pieris ariobarzanes chio ius nymphæ nomē iouia enyo ſpio. & tertii ordinis nomina habentia i ante on. ut hyperion. Cice. in pnoſticis. Vt cū luna menās hype iōis officit orbi. Auſonius in diogene pducit. Diogenes obiit. non obiit ſed abiit.

I ante u corripitur ut iulius. excipe brauiu chius poſſeſſiuū. a chio īſula q̄ corripit. Luca. li. viii. Quas aſinæ cautes & q̄s chius aſpeiat undas. Dius dryude q̄d druide quidam enunciant. licius ſperchius.

dax. Virgi. Quantus athos aut quantus *eryx*. *Sic* & tros tam proprium q̃ gentile. Ouid. Bos aret ignauum ſacrificate ſuẽ. Virgilius. Os humeroſqꝫ deo ſimilis namqꝫ ipſa decoram. Oui. inſequere & uoti poſt modo compos eris. Hora. Direxit arcu non ſemel ilios. Oui. Nec ſenis oetæ regia hiems erat. Virg. Dulychiumqꝫ ſamoſqꝫ & neritos ardua ſaxis. Ouid. Me chaos antiqui nam ſum res priſca uocabant. Martia. Pallados & templi limina coſme noui. Stati. Arcados atqꝫ alio capaneus horrore canendus. Proper. Turba menãdreæ fuerat nec thaidos olim. Ouidius. Huius erictonius tros eſt generatus ab illo. Virgi. Tros ait æneа ceſſas: neqꝫ enim ante dehiſcent. In us corripiũtur ut tempus. deme monoſyllaba ut plus mus pus: & quæ producunt penultimã creſcentis genitiui: ut tellus & ſalus. Sed Hora. licentioſe palus corripuit. Regis opus ſteriliſqꝫ diu palus aptaqꝫ remis. Item genitiuos ſingulares & nominatiuos & accuſatiuos & uocatiuos plurales quartæ declinationis ut amnus. Tolle etiam græca terminãtia genitiuum in odis. ut melampus melampodis œdipus œdipodis. *Sic* etiã panthus pãthi pro panthous pãthoi. Et habẽtia genitiuũ in untis ut amathus amathũtis phitus phicũtis. Tibullus. Tẽpus in apricis maturat collibus uuas. Iuue. Plus aloes q̃ mellis hẽt q deditus autẽ. Luca. Nondũ poſt genitos tellus effœta gigãtes. Adde manus ĩ uicla meas meruere cathenas. Virg. Pãthus otriades arcis phœbiqꝫ ſacerdos. Idẽ. Eſt amathus & celſa mihi paphus atqꝫ cythera

ℭ Liber ſecundus de carminis decoro.

ET ſi poterã libello iam modũ ĩponere. *Syllabaꝝ* enim quãtitatem q̃ra pro tempore diligentia licuit. tibi oſtendi. Malui tamen ad tuã eruditiónem non pauca ſubiicere: Sed illud te prius admonuerim Cypriane: hæc omnia niſi te frequenti exercitationi tradideris: non multum tibi poſſem conferre. Hæroici hexametri decorum in apta pedum connexione & uarietate ſeruabitur. *Si* pes non terminet partem orationis: niſi forte in primo ſequente pentimemeri aut quarto quintoue loco. Et ſi hi dactylici pedes qui uerſum ſubleuant alternis uel interiectis ſpõdaicis temperentur & contra. Illepidus eſt enim uerſus proſa interciſaqꝫ nimis oratione ſuccuſſans & maxime ſi ſecundus pes partem orationis terminet uehementer offendit. Quod fit minus indecore in tertio ſi in monoſyllabum deſinat & dictiones exiguæ ſit. Itaqꝫ comatibus pentimemeri & heptimemeri delectabere eaqꝫ maxime quæ ſpondeum inter duos dactylos ſuſcipit. Languide proſterni uidetur qui ſpondeum habet in quinto. Inſurgunt & fluunt canore quinqꝫ continui dactyli. Inceduntqꝫ cum decore ſpondei quattuor ſi ipſa res exigat. *Sentẽtia* I uerſus ſequentis partem diſcurrens ſiue coma ſiue colum efficiens. i. inſciſum aut membrũ multorũqꝫ carminum inter ſe implicatio quám cathenam appellant plurimũ iucũditatis habet in loco ut ubi aut ſuauitate aut cõtinuatiõe aut uehementia opus eſt. Abſoluto uero ſenſu conſtantia plus interdum grauitatis cenſetur habere. In triſyllabam uocem ſi deſinant fortius uidentur inſurgere. *Si* in monoſyllabam niſi endetica ſit frangi uidentur. Male in pentaſyllabam & tetraſyllabam deſinunt gratius in biſyllabam. & maxime ſi quintus pes conſtet ex integra dictione. Itaqꝫ diligenter attendas quæ de eius uaria cõpoſitioné

dicemus Pentametrum elegia cum ſenſum concludere debet: ſuauiuſq; in uo-
cem biſillabam deſinit. proxime in pentaſillabam tetraſyllabáq;. peſſime in tri-
ſyllabam & monoſyllabam. Vocalium crebras concurſiones eiuſdemq; litteræ
& ſyllabæ aſſiduitatem diſſonantiáq; & ſibilationem. magis etiam q̄ inſoluta
orōne ſtudioſe uitabimus cēmq; cultum cum latinitatis itegritate ſeruabimus
uerbis utemur electis: nunc ſuauibus nunc canoris ut res poſtulabit quare tenē
da eſt uis elemētoꝝ. uocales enim non ſunt uocis eiuſdem. i. anguſtior: e pleni-
or eſt. Reliquæ pleniores. Semiuocales ſonoræ ſunt. maximeq;. l. m. r. X. exa-
ſperans eſt. s. frequentia ſibilat. i. pſertim antecedente: ſed omnem aſperitatē ipſa
pnunciatione tam in ſingulis q̄ in cōnexis conſonantibus facile cognoſcemus:
ſi octo ſyllabaꝝ diuerſitates obſeruabimus. aliæ. n. ut ex Varrone docuit Dio-
medes ſunt aſperæ ut nux crux trans aliæ lenes: ut lana lima. aliæ proceræ: ut q̄
uocalem longam habent: aut antepenultimá: ut facilitas. aliæ retorridæ ut quæ
mutam habent extrema ut hic hæc hoc aliæ barbaræ: ut gaza aliæ græculæ ut
hymnos zenon. aliæ duræ: ut ignotus. aliæ moles. ut ædes. Carmē figuris ſper
gemus facilitate affectibuſq; cõcinnabimus: fabulis hiſtoriis & rerum doctrina
locupletabimus duritiem & tanq̄ conatum ue borūq; ocium & nouitatē uita-
bimus: & q maxima uirtus orationis eſt. ut Lactantius inquit aperte dicemus
Ambigue dicā & ornamēta ambitioſa leuia & ignaua ut monet Flaccus refu-
giemus. A pſonaꝝ & rerum decoro non delirabimus. Interdū copiam interdū
breuitatem: nūc pugnæ: nunc ſiccū dicendi genus. nunc maturę & graue nunc
ardens erectum & concitatum amabimus. Ipſis caracteribus ſiue graui ſiue me
diocri: ſiue extenuato & uerba & ſententias adaptabimus. Omniſq; noſtra iuen
tio ingenium artēq; reddibit. Carmen deducendū læta intentaq; cura aggredie
mur antea ſi fieri poterit uel lectiuncula uel cōmemoratiōe ſimilis. carminis ex-
citati ſtilum nō urgebimus. & in uerſum faciendo ſcabemus perſæpe caput. ro-
demuſq; ungues. nō quidem īduſtria: ſed animi intentione diſtracti. Vnde iuuē
to quod conal·ā·ur nobis quaſi non ſentientibus pluteū cedimus. ſtilum ſæpe
uertemus & uaria breuiq; cura mentis implebimus. ſingulaq; diligenter exami
nabimus. & an lectione ſint digna ſeuere cenſebimus. amicoꝝ pleraq; iudicio
emendabimus. paucis contenti lectoribus. & belle aſſentatoꝝ non admittemus
luxuriantia compeſcemus aſpera leuabimus. & carentia uirtute tollemus. Libri
editionē non pcipitabimus ne eam pnīa ſubſequatur: ſed diu uel nouum in an-
num caſtigabimus. Si quid autem emiſſum fuerit pſertim in adoleſcentia licet
in iudicium cum modeſtia reuoc:re. & in ſuo genere conſeruando corrigere. fe-
cere id multi fecit & Cicero q totos mutauit academicos. Fecit & Martia. iam
grandior qui inquit. Feſtinata prior decimi mihi cura libelli. Elapſum manib⁹
nunc reuocauit opus. Nota leges quádam ſed lima raſa recenti. Pars noua ma-
ior erit. lector utrūq; faue. Ad cuius qdem dubitationē ego quoq; nō dubitaui
quædam opuſcula q̄ ab adoleſcentulo mihi effluxerant elimare & facere melio
ra. Confirmauitq; me ad id Priſcia. qui ſe fatetur q̄cūq; in ſuis aduerterit errata
quo aduixerit emendatuꝝ. & enim ut Fabius ait. Superuacuus foret in ſtudiis
longior labor ſi nihil liceret melius inuenire pteritis. Alceſtidis Lucii & Caſſii

ꝑ mēſis ī cōponendo feſtinantiam. Betiq́ꝫ peſſimi poetæ cuius meminit. Sta. nō magnifacemus ex ꝗlitatē rara felicitate legēdam & uulgi dūtaxat opinione facturam. Illa uero ſi elegans ſit: lectiōeq́ꝫ digna: atq̄lē licinius & Antipater ut ſcri. Cic. habuerūt. nihil pōt eē admirabilius eam facultatē quo pacto aſſequi ualeamus. Quinti. i. x. ꝓcipit ibidē & q̄uo ſcribēdū emēdandūq́ꝫ ſit. Si uero furoris plurimū fœcūda nobis natura ſubmiſtrarit illū ſeq̄mur. mox ad trutinā redituri: aut poti⁹ ꝑſſis hēnis maſtati carmīs icēdemus. Si uero credo & apolline digna cōponere uolumus. Euripi. imitabimur maturitatē: & optimis potius quam multis gloriabimur. Sed ſi mora nimia offēdemur omnio maroniana. i. urſino more ſūmaq́ꝫ diligētia carmē cōficiemus. Hæc ſi ꝓ cuiuſq́ꝫ ingenii facultate cōſeruare curabimus dicemus non indecore. Aſſeq̄mur ea oīa ꝓcipue duce natura. Addo ēt doctria nam ut Hor. ait Scribēdi recte ſapere eſt principium & fons. Multum etiam cum imitatione exercitatio conferat.

ℭ Hexametri carminis uitia.

Vitia hexametri carmīs eorūq́ꝫ noīa ope ꝓcium eſt īdicare. Ea ſex putat Malli⁹ Theodor⁹. Ego plura cōgeſſi. Acephalū dr̄ qđ īcipit a ſyllaba breui: ut Fluuioꝝ rex eridanus campoſq́ꝫ ꝑ oēs. hæc ēt mutila & trunca dīr. Procephalum qđ in pmo pede ultra q̄ttuor tpa habēt: ut inſulæ ionio ī magno quas dira celeno. Lagaꝝ ſue laxū cuius in medio una aut plures ſyllabæ claudicant. Cōgredior fer ſacra pr̄ & cōcipe fedus. Truncatum qđ ī penultima claudicat: ut Mortē cōtenūt laudato uulnere gethæ. hæc & ſcazōtes & ecades appellat Diome. cuius libꝝ. iii. lege ꝑdiligēter. Hypermetrum qđ una ſyllaba abundat: ut Iactemur doceas ignari hoiumq́ꝫ locorumq́ꝫ Grauidum qđ hēt ſyllabam in medio ſupantē: aut qđ ſyneręſim patit̄. ut Fixerit æripedē ceruam licet aut erimanthi. Inane cuius ſyllaba ī duas ꝑ dieres ſcīditˀ: ut accipe pōpeii deductum carmē ab illo. Ex una. n. ſyllaba duæ fiunt. nā ſi lōga corripit̄ dr̄ Siſtole: ut Obſtupui: ſteterūtq́ꝫ comæ & uox fau. hæ. Si breuis ꝓducit̄. Ectaſis. Si duæ breues ꝓ una lōga: uel duæ lōgæ ꝓ una ponantur Symphoneſis ē. hæc græci frequēter utunt̄. Spōdaicū qđ ſpōdeū hēt in. v. ut Cornua uelar ſi obuertim⁹ antenaꝝ. Coloſſum ſeu colobum: ſeu ſolutū qđ ꝓſa orone īcedit: ut Dono du. doq́ꝫ. uolē. cū ma. Diis aſpeꝝ qđ horret iūcturis: ut Nileæ ſpioq́ꝫ thaliaq́ꝫ cymodoceq́ꝫ. Nec uero eſt ignorādū q̄dā ex iis uitia tam hexametri q̄ cuiuſq́ꝫ carmīs eē poſſe. Hyporhytmū in quo ſinguli pedes termināt dictionē ut Carmē doctū fœmina ſimplex cōdere neſcit. Cacophona q̄ uocaliū aſſiduitate ſqualiēt: ut Inferniq́ꝫ la. æeq́ꝫ inſu. cir. & Aulai in me. li. pl. ba. Itē & cōſonātiū: ut O tite tute ta. ti. tan. ty. tu. Equiuocū cuius ultimæ ſyllabæ ſimiles ſunt: ut Exiret mētes fraternas grata malis lis. Dicuntur & bicipitia ſi ultima uerba ſimiliter deſinant. Item caudata: cum finis duorum in conſonās deſinit dictiones. Hemiſtichium: quod inceptū duntaxat & ſemiplenum eſt: qualia ſūt apud Maronē: ut huc curſus fuit.

ℭ De q̄buſdā cognoīb⁹ uerſuū.

Nolo ꝑterea te latere. Molle appellari: qđ ſuauiter ſonat. Perfectum qđ integrā ſnīam cōtinet. Politicū qđ oīs figuræ & paſſiōis ē exps. Intercalare qđ ſæpe interponit̄: ut Incipe menalios mecū mea tibia

uerſus. Tibicen in quo aliqd eſt ad ſolá metri ſuſtétationē: ut Aſpectans ſiluā immēſam & ſic forte pcatur. Leoninū uocant cuius pētimemeris ē ultima con ſonás: ut Diues in acceſſos ubi ſolis filia lucos: qđ ſi cōtinuū affectatūq; ſit ridi culū eſt. Abſolutū qđ cōtinet oēs ptes orationis: ut Ah me ſi flētē ſuper æthera mox rapuiſſes. Aſcendēs qđ a dictione monoſyllaba incipit & p ſingulas gra-datim augeť: ut Cur nobis iuuenes decepitis orbiculata: Reciprocū aut retro-dū aut cōuertibile qđ cōuerſis uerbis trāſit in aliud ſiue integer ſiue pter unū pe dem rãg quidē inuentu & inſanientis ingenii labor: ut Panſa optime diuos ſi uis bonus eſſe. hoc genus qa Sodates cynedus eſt uſus Sotadeū appellant hu-iuſmodi & Virgilianū illud: Muſa mihi cás memora quo numine læſo. Læſo numine quo mēoras cás mihi muſa. has particulas ſi obſeruaueris facile & tu ipſe cōpones. Reciprocū quoq; illud dr cuius ſenſus ſi a fine ſumať cōtrarius eſt ordini recto: ut Mel tibi nō tibi fel fundat pax cádida non lis. Eodē noīe & catenatū appellant huiuſmodi. Me tibi iungit amor ſed amor qui me tibi iun-git. Reciproca itē dicunť & ſerpētina quoq; principia ſeqntē termināt uerſum ut illa Mart. Rūpiť inuidia quidá cariſſime iuli. Quod me roma legit rūpitur inuidia. In quo genere & id ſeruant at finis pcedentis reſpōdeat pētimemeri ſe-quētis. Cētones uerſus qbus laſciuit Auſonius. & probata ē admirabilis: qūo nectanť his uerbis docet Auſonius. Et ſi patetis ut doceā docendus ipſe cento quid ſit abſoluam. Variis de locis ſenſibuſq; diuerſis qđá carmis ſtructura ſoli datur in unū uerſum: ut coeant cæſi duo: aut unus ſequēs cum medio. nam du os iunctu locare inceptū eſt. Id uero quo ad norū aut ſimiliū exemplū fit eſt arti ficioſiſſimum. Terret luſtrat agit proſerpina luna diana. Ima ſuperna feras ſce-ptio fulgore ſagitta. ℂDe uaria hexametri compoſitione.

FErunt ad hæc ſeptē de hexametri cōpoſitiōe uarietates. Appellantq; dactilicū quod dactilo clauditur: ut Præferimus manibus uitas & uerba precantia: qđ & hypermetrū eſt. ſed aptius hoc erit exēplū: Sydera pallida diffugiunt face territa luminis. Dicūturq; hæc equi temporea: eo quod omnes pedes ſunt iidem. Hæroum qđ & pythiū dicitur & epos: ut Mallius tradit. proprie eſt q; poſt quinq; dactylos ſpondeo clauditur: ut At tuba terribili ſonitu procul aere canoro. Hæroū ideo diciť: quia hæroum laudes & geſta illo decantabanť Pythium quia ex pythio oraculo primū audi tum eſt Epos carmen ſignificat. Spondaicum quod ex ſolis ſpondeis conſtat: ut romani muris albam dixerunt longam. Cōmune ſiue periodicū quod alter-nis dactilis & ſpondeis componitur: ut Italiam fato pfugus lauinaq; uenit. Sapphicum qđ inter duos ſpōdeos quattuor hēt dactilos: ut Inferretq; deos la tio genus unde latinum. Alimachiū qđ bis poſt duos dactilos hēt ſpōdeū. Id & catēopliū dicūt: ut Ante fugá ſoboles ſiquis mihi paruulus aula. Buccolici ſpecies tres Mallius facit: aut eni q̄rto loco dactilū ex integra pte orationis hēt: ut Nos patriæ fines & dulcia linqmus arua: aut in qnto: ut Tityre tu patule re cubás ſub tegmīe fagi. Tertia ſpecies ē q̄ duo ſpiramenta heroici car minis hēt: ut Nil nři miſerere mori me deniq; cogis. ℂDe pedib⁹.

IAm de pedibus & his quo ad eos attinēt diſſeramus. Pes eſt ſyllaba

barum & temporum certa dimenſio. Accidunt pedi ſex. Arſis & theſis. Numerus ſyllabarum. Tempus. Reſolutio. Figura & Ordo. Arſis & theſis eſt eleuatio uocis & poſito quæ in paucioribus duabus ſyllabis fieri nequit. Numerus ſyllabarum accidit: ut ſpódeo duarum: dactylo trium: choriambo quattuor. Tp̄s eſt ipſa mora pronunciandi. Reſolutio dicitur ſi una ſyllaba pro duabus uel contra ſi longa pro breui uel cõtra: & ſi pes ꝓ pede ponatᷣ. Figura duplex ē Simplex ut ĩ biſſyllabis triſyllabiſqꝫ. Compoſita ut in quadriſyllabis: & ultra Ordo accidit: quia certo ordine ponuntur & per ordinem quæſiti inuentiqꝫ ſũt. Pes breuis ante longum inuentus eſt. Conſtat ſiquidem breuem ſyllabam quæ unius eſt temporis ante longam quæ duorum eſt fuiſſe repertam: ut unus ante q̄ duo. Pedes iõ appellati: quia ut nos noſtris ſic illis carmina uidentur incedere. Syllabæ breuis caracter eſt hic. v. Longe hic. Communis ſi pro longa ſit poſita hic: Si uero pro breue hic: Biſſyllabi pedes quattuor ſunt. Pyrrhichius ab inuentore ſic denominatus: qui & periambus dicitur ex duabus ſyllabis breuibus conſtat: ut deus. Spõdeus ex duabus longis ut æſtas. Dictuſque a ſpondi quod libamẽtum & fœdus ſignificat. in quo ſpondaico cantico utebantur. Iambus autẽ auctore Fabio non recipit uerſibus: heroicus: ex breui & longa ut dies. Dictuſqꝫ ab inuentore: ut uult Ariſtarchus: uel ab iambizin. ideſt contumeliando quia eo maledicere conſueuerunt. Trocheus qui & choreus ex longa & breui ut corpus. Dictuſqꝫ ꝙ ſit uolubilis: ut rotaqꝫ trochis dicitur & uolubilem excitat ſaltationem. Triſyllabi ſunt octo. Tribrachus dictuſqꝫ tris brachas. ideſt breues habet: ut aquila. Moloſſus ex tribus longis conſtat ut Aeneas. Dicitur autem a moloſſo qui in Iouis templo eo pede celebrabatur. Vel a moloſſa ideſt epyrotica ſaltatione. Anapeſtus ex duabus breuibus & longa: ut pietas. Dicitur ab ana & pein ꝙ contrarius pes dactylo ſit. Dactylus qui & herous ex longa & breuibus ut filius. Dicitur a dactilo. i. digito: cui in ſpaciis conformis eſt. Amphibrachus ex longa inter duas breues ut amator. Dicitur autem quod iam. i. circum habet brachas hoc eſt breues. Amphimacrus ex breui inter duas longas ut ciuitas. Dictus quod circũ macras hoc eſt longa habet. Dicitur & creticus. Bacchius ex breui & duabus lõgis ut honeſtas. Dictus quod in bacchi dithyrambis utebantᷣ. Alii ferunt ab inuentore. Antibacchius uel palimbacchius ex duabus longis & breui: dictus ꝙ ſit contrarius bacchio. Quadriſyllabi ſedecim ſunt. Proceleumaticus qui fit ex duobus pyrrichiis ut ariete. Dictus a proceleuin quod eſt hortari & ſuadere.

Diſpondeus: dictus ꝙ dis. i. bis ſit ſpondeus.

Fit enim ex duobus ſpondeis ut oratores.

Duambus ex duobus iambis ut amenitas.

Ditrocheus ex dubus trocheis ut uindicator.

Antiſpaſtus ex iambo trochæo qui contrarii ſont: ut coronatus.

Choriambus ex trochæo & iambo ut uerſificans. Dictus ꝙ in iambum deſinit & a choreo. i. trochæo incipit.

Ionicus maior ex pyrrichio & ſpõdeo ut benedictos.

Dictus ab ionio archadis filio uel ab ionibus.

Ionicus minor ex ſpondeo & pyrrhichio:ut præconia.
Peon primus ex trocheo & pyrrhichio.ut lætitia. Dictus quidem a peone. Peon ſecundus, ex iambo & pyrrhichio:ut amabilis. Peon tertius ex pyrrhichio & trochæo:ut alienus. Peon quartus ex pyrrhichio & iambo: ut celeritas. Epitritus primus ex iambo & ſpondeo. ut ſacerdotes. Dictus q epi. i. ſupra tres alia diuerſa ponatur. In eo.n. ſemper una a tribus aliis diſcrepat. Epitritus ſecundus ex trochæo & ſpondeo:ut conditores. Epitritus tertius ex ſpondeo & iābo:ut hereditas. Epitritus quartus ex ſpondeo & trochæo oratoris.

Pentaſyllabi pedes ut ſcribit Diomedes ſunt duo & triginta.

Hexaſyllabi. lxiiii. Sed in uſu non ſunt: & reducuntur ad ſuperiores.

¶ De uariis generibus uerſuum.

Iunt aūt ut te non lateat diuerſa ex pedibus metra numeriq̧ & uerſuū generaq̧ quoq̧ cōnexiones breuiter enarrabo:ſi prius Seruii centimetrum in quo diuerſa cōplexus eſt carminum genera recitauero. Sed anteq̄ id aggregiar, hæc cognitu digniſſima te docebo. Metrum græcum uocabulū Diomede auctore eſt pedum iunctura numero modoq̧ finito ſubiationes poſitioneſq̧ ſeruans:& qa p me ra uerſus metimur. uult Malius Theodorus ipſos quoq̧ uerſus metra poſſe appellari: ſicut uas quo metimur & triticum qd menſi ſumus modium dicimus. Sicut ēt pes digitus cubitus. x. peda. ſed id uerbum in ea præſertim ſignificatione. In raro eſt apud pbatiſſimos uſu. Iunctura uero eſt ipſa uerboꝝ aut pedum coniunctio. Numeri ſunt incitati quidam curſus & uerboꝝ cōnexiones quæ audientium aures demulcent. Græciq̧ rithmi appellant. qui ut ſiquit. Quinti. ſpacio tempoꝝ conſtāt; Metra uero dimenſione & ordine itaq̧ probe diffiniunt. Metrum certā eſſe pedum obſeruationem & dimenſionem numero ordinemq̧ finitam. Carmen quidē eſt ipſa pedū certo numero cōpoſito: Quo nomine & unum & duos & plurimos uerſus opuſq̧ itegrum apellamus. Dictūq̧ a Carmēte euādri matre ud a canēdo. Verſus ideo dr q ab eo ad principiū ſequētis reuertimur. ſignificatq̧ ipſam pedum ſeriem lineāq̧:ut arboꝝ ſulcoꝝ & reliq ordinis reꝝ. Nolo pterea te ignorare Rithmū qſiq̧ eſſe certum numeꝝ ſyllabaꝝ ſine tempoꝝ dimenſione ſimilē qdem legitimo carmini. Iam ut metroꝝ genera pcipias rectius:his ēt te inſtituam: q̄ fere ex Seruio ſumpſi. Loca in uerſu ipaia dicimus. primū tertium quintū. Et deīde pariai ſecundū quartū ſextum. Et deinde Pentimemeri ſyllaba eſt q̄ poſt duos primos pedes terminat partem orationis ſignificat & ipſos duos pedes cum ſyllaba. Sed ſi poſt pedes heroicos heroica. Si trocheum habet pro ſyllaba ipſa trochaica dicitur. ut Infandum regina.

Si uero poſt quattuor in exametro pedes bucolica appellat. Priſcianus pētimemerim ceſurā uocat ſemi quinariam & heptimemerim ſemiſeptinariam. Heptimemeris eſt cum poſt tres pedes eodem modo ſequitur ſyllaba. Pedeſq̧ ipſi cum ſyllaba eodem nomine appellaſ. illud non ignorandum q endetice ceſuram īpediunt ut quidam uolunt. Priſcianus uero non indicat ſup eo Virg. uerſu. Sic fatur lachrimans claſſiq̧ īmittit habenas. Catalecticus uerſus is dicitur cui una ſyllaba tpſ ue deeſt. Brachicatalecticus cui duæ. Hypercata-

lectiꝯs cui una ſupeſſtant duæ ut uult Priſcianus. Acatalecticus qui legitimo ſine concludiť. Lyricos uerſiculos dicimus quos poetæ ad lyram meditabanť & concinebant. Vnde uerſibus quoqꝫ ab eoꝝ auctoribus nomē eſt inditum.

Nam alcmanius ab alcmane, ſterſichorius a ſterſichoro. Alcaicus ab alcæo. Ibicus ab ibico. Anacreontius ab anacreone. Simonidius a ſimonide. Pindaricus a piudaro: Bacchilidiꝰ a bacchilide. Aſclepiadus ab aſclepide. Sapphicꝰ a ſappho denominatus ē. Aliqui a numero pedū & ſyllabaꝝ: ut pētameter hexameter & endeca ſyllabus. Quidam ab īſtrumentis ut lyricus. Primus q cithara edita carmina cōpoſuerit fuit Terpander ut Plinius ait. Monometrū ut inqt Seruius: uel dimetrum: uel trimetrū ī iambicis trochaicis & anapeſticis metris ꝑ pedes duplices cōputamus. In cæteris ꝑ ſimplices: q̄q̄ iambicū trimetrū ſenariū appellamus. Sed iam reliq̄ q̄ Maurus Seruius demetris ad Albubinū ſcribēs tradidit ſubnectamus. ℂ Sumpta ex ſeruii centimetro.

CEtra uel a pedibus uel a rebus nomen accepe: uel ab īuētoribus uel a frequētatoribus uel a numero ſyllabaꝝ aut pedū. Eaqꝫ octo pricipalia ideſt Iambicū. Trochaicum. Dactilicū Anapeſticū. Choriambicū. Antiſpaſt cum. Ionicū a maiore. Ionicum a minore. De qbus carptim trahimus eligentis ea q̄ ad palmam lyræ ꝑducit uoluptas. Metra iābica locis īparibus quinqꝫ recipe poſſunt pedes. Iambū ſpōdeum tribracum anapeſtū. Locis aūt paribus tm̄ Iambū & tribrachum: & apud comicos frequēter anapeſtum: ita tm̄ ut multaꝝ breuiū iūctura uiteť. Sed ex multis tredecim uſui tradēda ſubieci. Atriſtophaniū cōſtat monometro hypcatalectyco ut ē hoc, fuit dolore. Euripidiū cōſtat dimetro brachicatalectico: ut ē, deæ decꝰ meū. Anacreontium cōſtat dimetro catalectico: ut ē. Reſolue baccha crines. Archilochiū cōſtat dimetro acatalectico: ut ē. Serena lux micat polo. Alcaicū conſtat dimetro hypcatalectico: ut ē. Amant uenena pari ide. Alcmaniū cōſtat trimetro brachicatalectico: ut ē. Doctos talia uidebitꝰ choros. Hyppōactiū cōſtat trimetro catalectico ut ē. Mea renidet ī domo lacunar. Archilochiū cōſtat trimetro catalectico ut ē. Martē fatigat ꝓdigus uitæ furor. Hipponactiū conſtat trimetro hypcatalectico ut eſt. Pauꝑ poeta neſcit hic antra muſaꝝ. Ariſtophaniū cōſtat tetrametro brachicatalectico ut ē. Marcē lucernæ ſol ꝓpinq̄t nō tm̄ uocat Anacreōtiū conſtat tetrametro catalectico ut ē. Portū petēs aurā laxa uel ſolue malū. Anacreōtiū cōſtat tetrametro hypcatalectico: ut ē amor puellæ triſte pectus īprobiꝰ fatigabat. Ariſtophaniū cōſtat tetrametro brachicatalectico: ut ē. Hic finis ē iā biſalue iudex doctor meli. Metra trochaicha. Trochaica metra locis īparibus hos recipiūr pedes. Trocheū. Iambū. Tribrachū et nō nunq̄ dactilū. Locis uero paribꝰ cū his quos memoraui ſpōdeū & anapeſtū: ſed ex pluribus. Tredecim uſui tradēda ſubieci. Pancratiū cōſtat monometro hypcatalectico ut ē auctor optimus. Itiphalichū cōſtat dimetro brachicatalectico: ut ē. Bacche iūge tygres. Euripidium cōſtat dimetro catalectico ut eſt. Vultur altius uolat. Alcmanicū cōſtat dimetro acatalectico ut ē. Fiſtula canet ſubulcus. Bacchilidiū cōſtat dimetro hypcatalectico ut ē. Floribꝰ corona texiť. Sapphicū cōſtat trimetro brachicatalectico: ut ē. Rex pater & iupiter deoꝝ. Archilochiū cōſtat

trimetro catalecticoꝛut eſt. Nox amoris & qetis conſcia. Soſhad cum conſtat trimetro acatalecticoꝛut eſt. Arua ſicca nilus intratite lętim. Sapphicum conſtat trimetro hypcatalectico ut eſt. Splendet auꝝ gēma fulgetꝛforma ſed placet.
Sothadicū cōſtat tetrametro brachicatalectico ut eſt. Thracicum nephas reſonat cantitans hirūdo. Archilochium conſtat tetrametro catalectico. ut ē. Tolle tyrſos ęra pulſa iam lieus aduenieṫ. Hipponactium conſtat tetrametro acatalectico ut eſt. Pelle tonſis terga ponti uera tende iam pgamus. Anacreontiū cōſtat tetrametro hypcatalectico ut eſt. Parce iam carmina uati parce iam tenero furori. Metra dactilica. Metra dactilica principaliter cōſtat dactiloꝛrecipiunt tñ & ſpōdeum. Sed interdū inultimo loco throcheum. Sed ex plurimis decem & nouem uſui tradēda ſubieci. Adonium conſtat dimetro catalectico ut eſt. Fundite fletus. Himenaicum cōſtat dimetro acatalectico ut eſt. Tybia pſonet. Archilochium cōſtat dimetro hypcatalectico ut eſt: Garula uenit auis. Alcmaniū cōſtat trimetro catalectico ut ē. Tondite pectora palmis. Simonidum cōſtat trimetro catalectico ut ē. Inde palia ſerica. Alcmāiū cōſtat trimetro hypcatalecticoꝛut ē. Lurida brachia cur retegis. Archilochiū cōſtat tetrametro catalecticoꝛut ē. Virgo decēs comulas religato. Alcmaniū cōſtat tetrametro acatalecticoꝛut ē. Luminibuſq; prior rediit uigor. Alcmanicū cōſtat tetrametro hypcatalecticoꝛ ut eſt. Vita qeta nimis caret ingenioꝛ Sterſicorium cōſtat pentametro catalectico. ut ē. Martia cede deo tua carmina phœbo. Simonidium cōſtat pentrametro acatalecticoꝛut ē. Parthenopeus erat puer archadię decus. Cirilium cōſtat pētametro hypcatalectico ut ē. Pulchra puella comas ambit ſibi qua mitibus. Heroicum cōſtat hexametro catalecticoꝛut ē. Vlnera bella tubę numero donaṫ homeri. Bucolicū cōſtat hexametro catalectico ita ut quartus dactilus partem terminet orationis ut ē. Vſtica ſiluestri reſonat bene fiſtula cantu. Ibicium cōſtat hexametro acatalectico ut ē. Sidera palida diffugiunt face territa lui. Alcmaniū cōſtat hexametro hypcatalectico ut ē. Alma uenus paphō ingrediṫ roſa luceat ex aditis. Sterſicorium cōſtat heptametro catalectico ut ē. Eacides iuuenis tradit hectora plangite pgamatores. Ibicium cōſtat heptametro acatalecticoꝛut Carmina doctahalia canet properantius huc ades o puer. Ibicium cōſtat heptametro hypcatalectico ut ē. Verſiculos ſibi dactilicos puer optime quos facias.

¶ Metra anapeſtica.

m Etra anapeſtica principaliter cōſtant anapeſto. Recipiunt tñ frequēter ſpōdeum: raro pceleumaticū. apud Comicos ēt dactilū. ſepiuſq; ultima cō ſup ē ſyllaba ī duas ſoluiṫ breues. Sed ex pluribus tredecim uſui tradēda ſubieci. Itimiū cōſtat monometro acatalectico ut ē. Calidū iubar ē. Choricū cōſtat monometro hypcatalectico ut ē. Animus male fortis. Ariſtophaniū cōſtat dimetro brachicatalectico ut ē. Venit optīa calliopea. Partenia cū cōſtat dimetro acatalectico ut ē. Aditū ueneris fuge uirgo. Pindaricū cōſtat dimetro acatalectico ut ē. Fuge mœnia iá thelamoniade. Alcmaniū cōſtat dimetro hypcatalectico ut ē. Tremulū mare melliflua nitet. aura. Archilochiū cōſtat dimetro acatalectico ut ē. Aditū fuge uirgo ſagax. Pyndaricū cōſtat dimetro brachicatalectico ut ē. Mediū rapido maꝛ tybris adit fluuio.

Alcmaniũ cõſtat trictro catalectico ut ẽ. Dat pierides mihi carmĩa dactilicoꝝ. Sterſicoꝝ conſtat trimetro acatalectico ut eſt. Iacet in talamo tibi uirgo decens ueneris ſpecie. Simonidium conſtat trimetro hypercatalectico ut eſt. Tuba terribili procul ære ſonat clypeum cape miles.
Alcmanium conſtat tetrametro brachicatalecticoꝫ ut eſt.
Sua munera fert uenus alma roſas iuueni nitido cynare uide.
Ariſtophanium conſtat tetrametro catalectico ut ẽ. Dante uina mihi date ſerta iuuat date tempora tota lieo.

Metra Coriambica.

Horiambica metra principaliter cõſtat choriãbo, ueꝝ quo durius ſuo pede claudanť accipiũt ĩ fine. Antibachiũ. Sed ex multis q̃tuor hæc uſui tradẽda ſubieci. Ariſtophaniũ cõſtat monometro & antibacchio ut ẽ. Purpureos tyrannos. Anacreõtiũ cõſtat dimetro & antibacchio ut ẽ Vir. Mantua quẽ creauit. Sapphicũ cõſtat tetrametro & antibacchio ut ẽ. Dulciſone pierides uerſifico fauete. Callimachiũ cõſtat tetrametro & antibacchio ut ẽ. Armipotens mars genitor romulidæ te uenias precamur.

Metra antiſpaſtica.

Metra antipaſtica pricipaliter cõſtãt anapeſto ueꝝ qdẽ ſp prima pte q̃ iãbũ tenẽt. Spõdeũ libẽter accipiũt. Sed ex plurimis q̃tuor uſui tradẽda ſubieci. Peanicũ cõſtat trimetro brachicatalectico ut ẽ. Fauni ſemideũ numẽ ad eſt. Anacreõtiũ cõſtat trimetro catalectico ut ẽ. Curas miti ficãt dona liei. Alcaicũ uero cõſtat tetrametro bracchicatalectico ut ẽ. Mœcenas adauis lyda quos fert genite. Alcmaniũ cõſtat tetrametro acatalectico ut ẽ. Infãdũ tetigit ſydera carmẽ magice uatis.

Metra Ionica a minore.

m Etra Ionica a minore pricipaliter gaudent ſuoꝫac raro alterius pedis patiunť acceſſum. Sed ex plurimis ſex uſui tradẽda ſubieci. Timocratiũ cõſtat dimetro catalecticoꝫut ẽ. Roſa ueris ſpecimẽ. Anacreõtiũ cõſtat dimetro ut ẽ. Sapiẽtes deus audit. Anacrõtium cõſtat trimetro catalectico ut ẽ. Fuge uirgo fuge munus ueneris. Sapphicũ cõſtat trimetro acatalectico ut ẽ. Tonat alta trabes fixus tibi ulus. Phaleciũ cõſtat tetrametro catalectico ut eſt. Tibi ueris fero donũ ſola qđ dant ueneri. Alcmaniũ conſtat tetrametro acatalectico ut ẽ. Timor oĩs docet artes timor auget bõa m ẽtis.

Metra Ionica a maiore.

m Etra Ionica a maiore principaliter conſtant Ionico ſuo uerum non & diambũ & ditrochæum nõ recuſant, ſolutionẽqꝫ patiẽter admittunt. Tria uſui tradẽda ſubieci. Hipponactiũ cõſtat idmetro brachicatalectico, ut ẽ: Palmã capit uictor. Pharaxiliũ cõſtat trimetro bracatalecticoꝫut ẽ. Fortis iuuenis ſume coronam. Sotadeum conſtat tetrametro brachicatalectico ut ẽ. Albina cauꝫ tp̃s fugit intende laborem puer. Hucuſqꝫ a Seruio.

De peonicis uerſibus.

Præter hæc q̃ digeſſit in ſuo centimetro Ser. Inueniunť & alia metroꝝ genera: ut Peonica, & Proceleumatica. Itẽ & alia de qb9 deĩ dicemus. Peonica epitritos ſæpe recipiũt: habentqꝫ ſpecies q̃tuor. Aſclepiadum qđ conſtat dimetro catalectico ut: Fulminibus impe

tus Pyndaricū cōſtat dimetro acatalectico: ut Cornuaq minaberis. Anacreontium conſtat trimetro catalecticoːut Metet.n.ſegetē omnis impetus. Anacreontiū alteꝝ cōſtat trimetro acatalectico: ut Fœmine⁹ & hūilis mos gemere. Proceleumaticū uerſum dicimus: ut Pyndaricū dimetrū catalecticū: ut Facile moritur is. E eiuſdē alteꝝ acatalecticū: ut Grauis amor ī humili. Itē Ariſtophania trimetra: quoꝝ alteꝝ catalecticū: alteꝝ acatalecticū eſt. ¶ De dactylicis.

Nteq̄ de reliqua carminum diuerſitate ſcribamus id tibi perſpicuū ſit oīa metra quæ ex quadriſyllabis pedibus fiunt ad biſſyllabos & triſſyllabos poſſe reduci. Et quia uerſus ipſi diuerſis appellant̄ noībus: diuerſiſq metris et pedibus aliquando conſtat: hæc tibi tenenda cenſuerim: In dactilicis ille dicitur uerſus dimeter initialis qui in dactilū deſinit: ut Arma ſonantia. Odamos qui & dimiter nouiſſimalis in ſpondeū deſinens erit talis: terruit orbem eadem ratione trimetros et tetrametros initiales. nouiſſimaleſq dicimus qui.iii.aut.iiii.pedibus prioribus poſtremiſue conſtant: Initiales: ut Sic te diua potens cypri et: ut Odriſium martē canet arbiter nouiſſimales: ut Grato pertha ſbantro hi et pherecratii a Pherecyde auctore dicuntur: et ut Odriſio lyra pectine cantat. Hos et inthiphallos appellant. Cōem dicunt cōmunis menſuræ. Illa eadē rōne pentametrū initialem et nouiſſimalē Theodorus appellat. Cuius q̄ttuor eſſe ſpecies tradit. Simiū qui poſt quattuor dactilos diſſyllabo claudit̄. Sapphicū qui a diſſillabo pede incipiens quattuor habet dactilos: aut ultimum creticū: ut Nunc o pierides liceat: mihi uertices. Cōmunem qui īmiſtis dactilis et ſpondicis conſtat: ut Nunc o pierides date carmina muſæ. Elegiacum de quo a principio diximus quarto loco ponit: Sed ex his quæ dicit id tantum noſſe ſit ſatis ꝙ hic uerſus etiā aliter q̄ diſſeruimus cōfici pōt: ideſt duobus primis pedibus uel dactilicis uel ſpōdaicis uel alternis tertio ſpondeo et duobus reliquis anapeſtis: quā rōnē Fabius quoq obſeruat. Elegiacū quoq multo antea appellauit qui poſt pētimemerim dactilū et pirrhiū hēt: ut Et nihil eſt: ꝙ amen flamina minus. De aliis ſpeciebus dactilicoꝝ et reliqs. Dactilicoꝝ quoq uerſuū ſpecies ſunt: Glicoius qui ſpondeo et duobus dactilis ſiue coriambico et pirrhichio conſtat: ut Odi parthenium nemus. Aſclepiadius cōſtat ſpondeo dactilo pentimemeri et duobus dactilis: ut Mœcenas attauis edite regibus. Quāq̄ id genus ſpōde duobus choriambis et pirrhichio confici uolunt. Eulogius ſpondeo duobus dactilis et trochæo: ut Ampla cōdere mœnia cepit. Sapphicus trocheo ſpōdeo dactilo & duobus trocheis: ut Phoepe. ſiluarumq potēs diana. Phalecius endecaſyllabus ſpōdeo dactilo & tribus trocheis: ut Oēs ſulpitiā legant puelle. Alcaicus: cōſtat iambo & bacchio & duobus dactilis. Aptius tn̄ ſpōdeus in primo ponit̄: ut Odi ꝓphanū Vulgus & arceo. Alcaicus alius: ſed choriambicus dicitur conſtat ſpōdeo tribus choriambicis: & Pyrrhichio: ut Tu ne quæſieris ſcire nephas quē mihi quem tibi: q̄q̄ recti⁹ dicamus cōſtare ſpondeo dactilo & pentimemeri. Item dactilo altero & pentimemeri & duobus dactilis. Choriambicus aliis conſtat tribus choriābis & duobus trocheis: ut Celſus equo phoēicea ueſte nitēs ibatarchon. Choriambus huic affinis cōſtat duobus choriambis & tribus trocheis

& ſyllaba:ut Lector honoris meritis aſtra uirgo cōſpicis. Capel. Aſclepiadius maior cōſtat ſpondeo: & tribus choriambis:ut Annū cardo rotat dū fuerimus ſolliciti. Archilochius heptameter cōſtat duobus dactilis ſpondeo & dactilo & tribus trocheis:ut Soluit acris hiēs grata uice ueri & fauoni Sapphicū heroicū diſſolutum. Mallius uocat:qui conſtat trocheo ſpodeo & pentimemeri & duobus ſpondeis:ut Terruit urbem res cui tanta eſt. Fiunt & uerſus ex diuerſorum coniunctione: & ſi dimidio pedes alii annectuntur:ut Encōiologius uerſus eſt qui conſtat ex pentimemeri dactilica archilochia: & pentimemeri iambica atriſtophanica:ut Signa cruenta duces uolo referre.

Alcaicus pentimemeri dactilica & trocheis duobus:ut Luna rubens zephirios comminatur. Archilochius pentimemeri dactilica & dimetro iambico acatalectico archilochio:ut Scribere uerſiculos amore percuſſum graui. Archilochius alius tetrametro bucculico & tribus trocheis:ut Quam uariis terras animalia permeant figuris. De alio archilochio apud Seruium habuiſti. Archilochius alius conſtat duobus dactilis & totidem trocheis:ut Comeret & niueis lapillis. Iambilogius conſtat pētimemeri iambica ariſtophanica & pentimemeri dactilica archilochia:ut Fontes rigabunt gramina letificos. Saturnius dimetro iambico catalectico anareuntio & dimetro iambico brachicatalectico ithiphallico:ut Iſis per erat orbem cornibus profuſis. Saluiambicus dimetro iambico catalectico archilochio anapeſto uel ſpondeo & iābis duobus:ut Fureos refundit unda tremulos ſinus freti. Archilochius dimetro iambico acatalectico & pentimemeri heroica archilochia:ut Niueſq; deducunt iouem nūc mare nūc ſilue. Archilochius anapeſticus dimetro catalectico parthenaico & dimetro trochaico brachicatalectico ithiphallico:ut Remeat uir ab arce tyranni uultib⁹ cruentis. Priapeus gliconio & pherecratio hoc eſt ſpondeo choriambo pirrhichio uel iambo ſpondeo dactilo & ſpondeo:ut Helleſponentia cum tuum numen protegat hortos. Sed hoc rectius ad heroici exametri ſpeciem referemus. Anacreontii dimetri ſunt conſtat anapeſto diambo & ſyllaba:& aut ſunt acatalectici:aut catalectici aut hypercatalectici. Fiunt & trimetri qui conſtant trocheo iambo pyrrhichio & ſpondeis. Iambicis trimetris & aliis uerſibus diuerſa ab illis ſuperioribus nomina indiderunt:quæ proſequi parū expedit:ſed hæc ſubmonere ſit ſatis. Iambicus uerſus quem diximus a noſtris uocari ſenarium ꝓpter uelocitatem qua ſequenti pede in loco pari in quo conſiſtit ānectitur temeter dictus eſt. Huius rationis eſt auctor Hor. Syllaba longa breui ſubiecta uocatur iābus:pes citus. Vn̄ etiam trimetris accedere iuſſit. Nomen iambeis cum ſenos redderet ictus. Eadem ratio in trocheis & anapeſticis. Is ergo ſi unum pedem triſyllabum ſuſcipit tragicus dicitur. Si tris pluresue comicus. Si duos ſatyricus. De comicis autem ut heneas plenam noticiam uide Priſciani opuſculum de ratione illorum. Reciprocus iambicus in elegiacum eſt qui conuerſa ſcanſione elegiacum reddit:ut Micant nitore tecta ſublimi aurea:ex quo fit. Aurea ſublimi tecta nitore micanti. Hipponatius qui in ultimo trocheum ſiue ſpondeum habet. Simonidus dicitur qui & pindaricus dimeter anapeſticus. Peanicus qui ititrius monometer. Pyndaricus qui choricus monometer.

ℭ De diuerſorum uerſuum connexionibus.

IAm uarias uerſuũ cõnexiones oſtendã. Sed primum noſſe oportet
ſingulas fere ſpecies ꝑ ſe ſtare & librũ etiam cõficere poſſe: diuerſiſq;
materiis diuerſa genera carminũ accõmodandas: & flaccũ: & Ouidiũ
præcipiſſe. Itaq; bella & regũ ducũq; negocia magnifica & grauio-
ra heroico carmine cõplectemur. Querimoniã iocos & lætitiã elegiaco. Sed eo
in ſacris etiã eſt uſus Oui. Conuitia iambico. Eodẽq; res comicas. i. humiliũ ꝑ-
ſonaꝝ geſta & ſermones. Eodẽ principiũ ſcelera & tragœdias exponemus. Ly-
ricis uero oĩa illa q̃ Hor. demõſtrat in arte poetica cuius ſtudioſum te eẽ cupio.
Muſa dedit fidib⁹ diuos pueroſq; deoꝝ. & Pugilẽ uictorẽ & equũ certamine
primũ: & Iuuenũ curas & libera uina referre. In aliis uero doctoꝝ ſeqmur exẽ-
pla. Hæc quoq; ſũt neceſſaria cognitu. Carmen uno uerſuum genere conſtans.
Monocolon ideſt unimembre dicimus ut Lucani. Quod duobus generibus
dicolon. Quod tribus tricolon. Illud aũt qđ ſcđo loco uarietatem accipit: quia
ad primum poſt duos conuertimur. Diſtrophon appellamus ut eſt elegiacum.
Quod quarto loco Tetraſtrophõ: ut Sapphica adonium præcedentia. Nunc
de dicolis diſtrophis inde de reliquis diſſeramus.

ℭ Carmina dicola diſtropha.

HEroico uerſus adnectit̃ elegiacus: q̃ cõnexio elegia dicit̃: & fit dico-
los diſtrophos: ut Anguſtã grypis dominã te ſemꝑ amabo. Reſpi-
ce cultorẽ gẽs puſina tuũ: Heroico ſubiicit̃ alcmanicus dactilicus te-
trameter actalecticus cõſtans q̃tuor dactilis ſpõdei ſue. aut ꝑmiſcu-
is: ut Laudabũt alii clarã rhodon aut mitylenẽ. Aut epheſum bimariſq; corin-
thi. Hora. Heroico iungit̃ archilochius dactilicus dimeter hypcatalecticus: ut
Diffugerẽ niues redeũt iã gramina cãpis. Arboribuſq; cõmune. Hor. Heroico ar-
chilochius cõſtãs dimetro iãbico acatalectico & pẽtimemeri heroica: ut Horri-
da tẽpeſtas cœlũ cõtraxit & himbres. Niueſq; deducũt nũc mare nũc ſiluæ. Ho-
ra. Heroico archilochius dimeter acatalecticus cõſtãs iãbis q̃tuor. Sed in ĩpari-
bus trocheũ ſiue ſpondeũ admitens: ut Mollis inertia cur tantã diffuderit imis.
Obliuionẽ ſenſib⁹. Hor. Heroico hippanactius trimeter iungit̃: cõſtat iãbis ſex
quẽ in locis paribus ſeruat: ut Altera iã terit̃ bellis ciuilibus ætas. Suis & ipa ro-
ma uiribus ruit. Hor. Choriãbico monometro ariſtophanico ſubdit̃ ſappicus
trimeter choriãbicus epitrito ſcđo & duobus choriãbis cõſtãs: ut Lidia: dic per
oẽs. Te deos oro ſybarim cur ꝑperes amãdo. Hor. Choriãbo gliconio trime-
tro q ſit ſpõdeo choriãbo et pyrrhichio nectit̃. Aſclepiadius cõſtãs ſpõdeo da-
ctilo pẽtimemeri duobuſq; dactilis: uel ſpõdeo duob⁹ choriãbis & iãbo: ut Sic
te diua potẽs cypri Sic fratres helenae lucida ſydera. Hor. Archilochio dactilico
q cõſtat tetrametro buccolico & tribus trocheis iungit̃. Archilochious ex pent-
memeri iãbica & tribus trocheis: ut Soluit̃ acris hyems grata uice ueris & fa-
uoni. Trahũtq; ſiccas machinæ carminas. Hor. Archilochio: acatalectico q con-
ſtat amphimacro & duobus iãbis. Hipponactius catalecticus ex q̃nq; iãbis &
ſyllaba: ut Nõ ebur neq; aureũ. Mea renidet ĩ domo lacunar. Hor. Archilochio
iãbico trimetro catalectico q ſpõdeũ et anapeſtũ in ĩparibus recipit. Archilochĩ

us iābic⁹diēter acatalecticus:ut Quicūq; ſola mēte pcipiti petit. Sūmāq; ardet
gloriiam. Bo. Archilochio trimetro ſubdit elegiacus:ut Quāuis fluēte diues
auri gurgite. Nō expleturas cogat auar⁹opes. Bo. Hippōactio iābico trimetro
acatalectico archiloci⁹diēter acatalectic⁹iābic⁹ut ibis liburnis īter alta nauium.
Amice ppugnacula. Hor. Hippōactio triētro acatalectico iūgit̄ ſapphic⁹ex pēti
memeri heroica et diētro iābico:ut Pecti nihil me ſicut antea iuuat Scribere uer-
ſicl'os amore pcuſſū graui. Hor. Aſclepiadio q ſpōdeo dactilo pētimemeri duo
buſq; dactilis cōſtat nectit̄ pherecrati⁹ īter duos ſpōdeos dactilū hñs:ut Si q̄tas
rapidis fluctib⁹incit⁹. Pōt⁹uerſat arēas. Bo. Aſclepiadio ſupradcō archilochi⁹iā
bic⁹diēter acatalectic⁹. Heu heu q̄ miſeros trāite deuio. Abducit ignorātia. Bo.
Sapphico q ē ex trocheo ſpōdeo dactilo et duob⁹trocheis adiicit̄ gliconi⁹dacti
licus ex ſpōdeo duobuſq; dactilis:ut Cū polo phœb⁹roſeis q̄drigis. Lucē ſpar-
gere cœpit. Anacreōtio iābico diētro catalectico pherecrati⁹ trimeter:ut Quiſqs
uolet perēnē caut⁹pōere ſedē. Bo. phaletio pētametro endecaſyllabo iūgit̄ archi
lochi⁹ex duob⁹dactilis totidēq; trocheis:ut Quāuis ſe tyrio ſupb⁹oſtro. Come
ret ēt niueis lapillis. Bo. Phalecio eidē elegiac⁹:ut Quid tātos iuuat excitare mo
tus. Et ppria fatū ſolicitare manu. Bo. Alcmāico dactilico tetrametro acatalecti
co adnectit̄. Archilochi⁹dimeter iābic⁹acatalectic⁹:ut ſūt eni pēnæ uolucres mi-
hi. Quæ celſa cōſcendāt poli. Bo. Alcmāico dactilico trimetro hypcatalectico
ſpōdeū ubiq; ſuſcipiēti pherecrati⁹anapeſtū q̄ñq; admittens adiicit̄:ut Oē ho-
minū gen⁹in terris. Simili ſurgit ab ortu. Bo. Alcmāico dimetro trocaico acata
lecti.o pherecratius:ut Quos uides ſedere celſos. Solii culmine reges. Bo.

℄ Carmina dicola tetraſtropha.

Aſclepiadiis dactilicis tetrāetris trib⁹glicōi⁹adiicit̄:et fit dicolos tetraſtrofos:ut
Scriberis uario fortis et hoſtiū. Victor meonii carmis alite. Quā rē cūq; ferox
nauib⁹aut eqs. Miles te duce geſſerit. Hor. Sapphicis dactilicis trib⁹ adōius di-
meter dactilic⁹iūgit̄:ut iā ſatis terris niuis atq; diræ. Grādinis miſit pf ac rubē
te. Dextera ſacras iaculat⁹arces. Terruit urbē. Hor. Carm ſtricola tetraſtropha.
Aſclepiadiis duob⁹tetrāetris ſubdit̄. Pherecrati⁹ſtatiq; glicōi⁹ huic adiicit̄:et fit
tricolos tetraſtrophos:ut Quis multa gracilis te puer in roſa. Perfuſus liqdis ur
get odorib⁹. Grato pyrrha ſub ātro. Cui flauā religas comā. Hor. Alcaicis duo
bus ex iābica pētimemeri duobuſq; dactilis hæret archilochi⁹iābic⁹dimeter hy
percatalectic⁹ſpōdeū ſuſcipiēs in ipar.b⁹quē ſtati alcmanius tetrameter ſequit̄:ut
Vides ut altū ſtet niue candidum. Soracte nec iā ſuſtineāt onus. Sil-
uæ laborantes geluq;. Flumina cōſtiterit acuto. Hora. ℄ Per oro.

Hec pcepta et carminū gñā haſq; cōnexiōes eo⁊ obſeruatas apd Ly-
ricos nr̄os mlta qdē lucubratiōe fideliterq; cōſcripſi. Quod tibi pſpi-
cuū erit:ſi cū aliis id gen⁹uolūinib⁹cōferēs: Velit āt hæc nr̄a facias tā:i:ut his nō
nimiū ſuccītis:nec ſane pfuſis inſtōnib⁹alienū quēuis a muſis ad carmē excita-
ri poſſe nō ambiguas. Nā ſi poſt ſcāſiōis pcepta modos qb⁹ſyllaba⁊ q̄ritas no
ſcit̄ recte tenuerit. Illāq; p eos iueſtigarit:et in dubiis ad regulas ſe reicerit: facilē
adōicos:tu quoſcūq; dactilos ali⁹ue gñis uerſicl'os texe. Inde ad maiores ſe ꝯferet
Sicui āt uenā nā ſubmiſtrarit hac exercitatiūcl'a ñ īdigebit:ſed ſtatī ad eroicū ſeu

quod maluerit genus animum applicabit. Atq; ut hæc oĩa ocius & facilius aſſequat̃. hic mos ĩ diſcẽdo ſeruabit̃. Heroicum ſtatim a poſtremis duobus pedibus ĩcipiat triunculus ſcandere: & qđ præcedit in quattuor pedes tentet diuidere. Eadem ĩ pentrametro diſciplina ſeruanda eſt duos poſtremos dactilos cũ pentimemerim enunciabit ĩde reliquũ ĩ duos pedes & pentimemerim diuidit.

Poſtea recto ordine pedes reſumet hac uia ꝓficiet illico. Stu debitq; pariter & pĩcipio operis. ultimæ ſyllabæ cognitioni. Poſt ubi modos illos qbus prima ſyllaba noſcit̃ fuerit peruagatus ad mediæ cognitionẽ accelebrabit. Interea uero ſyllabaꝝ rationem aliqua exercitatiuncula ſecum ſæpe ptractet uel reddat examinanti: hoc ego pacto uel tardiuſculi adoleſcentes ĩgenii heroicos elegoſq; cõponere ĩtra uiceſimum aut triceſimum diẽ docere me hercule ſoleo quid uelim non ad iactantiam ſed ad te & alios cohortandum ſtimulandũq; dictum exiſtimet. In reliqs quæ ſequunt̃ carminum ſingula genera cõnexioneſq; eliget ꝑ quas ſe quodam exerceat ordine. Nam uelle uno impetu oĩa aſſequi eſt deſinẽtia nõ profectura. Et qa uideo iam me plurimos dum tibi prodeſſe ſtudui ad muſicum ſtudium excitaſſe. librum hoc carmine finiam.

Me duce muſarum choreas ingreſſa iuuentus.
  Quæ fingis dulci carmina docta ſono.
Seu te meonio delectat ludere cantu.
  Siue per undenos nectere uerba pedes.
Seu quoſcunq; iuuat numeros contexere. phœbo.
  Digna canet obſcenos non amat ille modos.
Et ſi non celebras me carmine: dicito ſaltem.
  Hæc per Sulpitium plectra lyramq; gero.

Lector: Imprimenda poſt hæc erat. Sulpitiana illa a Claudio ſcripta defenſio & Malius latinus ĩ germanicam frameam & Harpe ĩ canẽ monſtruoſũ: uerum qm aduerſarii noſtri delitis e libello cõuitis tota uolumenia: noſtris ẽt ut antea familiariter uſi ĩmutauerat: nobis quoq; temperare uoluimus: & ultioni nunc modum ĩponere: noſtraq; illa in aliud tpſ nec niſi opus fuerit emittẽda reſeruare. Iam uero poſt artis epitomen nequid tibi ad hanc noſtram muſicam deſit: ẽt Priſcianũ de accentibus tibi ſubminiſtrauimus. Quẽ ꝓcedet in Nouarienſem Neſtorẽ breuis recriminatio. Cuius ĩdignitatem tacitus dimiſiſſem: niſi qdam eius ĩ me fruſtra ĩmiſſa ſpicula & hũi iacentia collegiſſent. Tacitiq; uelut ex occulto iteꝝ ĩtẽdiſſent atq; ĩtẽderẽt. Quæ ut moleſte muſcæ ſunt abigẽda ĩfrigẽdaq; in auctorẽ q ut grauis aduerſarius refutandus eqdem nõ uı̃ quippe a culina & refectorio cũ ſuo ut ipſe ait Alexandro & aliis ſordidis ſcriptoribus ꝓdiens non niſi apud ĩdoctos fidem facere põt. Intelligent ergo eius ſectatores noſtra ſcripta ĩdici tauri corio præmunita cuius ẽ tãta durities ut tela immiſſa eo illeſo redeant ĩ auctorem. Noſtramq; adamantiam arcem ne quidem baliſtis & tormentis expugnari euertiq; poſſe.

Io. Sulpitii de ſcanſione & ſyllabarum quantitate Epitome Tyronibus ad ornatiſſimum adoleſcentem Alexandrum pharneſium.

Nomine pharneſi pleno ſubtracta libello.

¶ Ars breuis: o lector ſpero placere tibi.

